DE PAVSANIAE RATIONE LOQVENDI QVAESTIONES AD RES FERE ARCHAEOLOGICAS PERTINENTES.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINI IN VNIVERSITATE LITTERARVM ROSTOCHIENSI AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

TRADIDIT

ERICVS SCHMIDT
PARCHIMENSIS.

LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMXII.

AD ORDINEM PHILOSOPHORVM DE DISSERTATIONE PROBANDA RETTVLERVNT

JOHANNES GEFFCKEN
PROFESSOR ORDINARIVS.

WALTHER KOLBE
PROFESSOR EXTRAORDINARIVS.

EXAMEN RIGORÓSVM HABITVM EST D. XXIII. M. AVG. A. MCMX.

PARENTIBVS CARISSIMIS.

Magis magisque apparuit plurimum interesse elocutionem Pausaniae accuratius cognoscere, neque enim dubium esse potest, quin hoc eo maioris momenti sit, quia scriptor formae operis componendi imprimis studet; adde, quod multas res unus omnium tradit, ita ut praecipue inquirere oporteat, quaenam sententia sermoni subsit. Eius rationem loquendi ex parte conabor hac disputatione illustrare, et quam id ad res ipsas quoque acrius perspiciendas attineat, per se iam eminebit. Nec vero ignoro illud Augusti Boeckh, quod in commentariolo suo de Pausaniae stilo Asiano[1]) pronuntiavit: 'Nempe ut nihil expeditius, quam elegantiam scriptoris laudibus inanibus extollere; ita acre et subtile stilorum iudicium in difficillimis philologi muneribus ponendum videtur, quum praesertim ea res non singularum collatione formularum perfici queat, sed ex soni similitudine et discrepantia et ex peculiari, quam unumquemque scriptorem legendo patiamur, mentis affectione interiore pendeat'.

Observemus ex libro primo capp. 20—22, quorum scriptioni arcis Athenarum proclivitas ad meridiem fere vergens et propylaea sunt subiecta. Adhibebimus videlicet reliquum opus ad particulam nostram diligentius enarrandam; eas autem explicationes et additamenta, quae intra contextum longa sunt, per se composui et alio loco, quam potero celerrime, proferam.

De dispositione Paus. I 20—22.

Primum videamus, quo modo Pausanias descriptionem illorum capitum disposuerit.[2]) A nostra parte universa arcis Athenarum periegesis incipit; adducimur quasi exordi loco capitis 20 para-

---

[1]) Prooem. Berol. s. hib. 1824 = Ges. kl. Schr. IV 208 sqq.

[2]) Cf. apud Carolum Robert Pausanias als Schriftsteller. Studien und Beobachtungen (1909) capp. quartum et quintum Die Anordnung der Beschreibung, Die Städtebeschreibungen. Statim, etsi nonnulla esse temptanda arbitror, confiteor, quantum huic libro debeam.

graphis prima alteraque,[3]) mentio fit viae, quae nominatur Tripodum ex tripodibus templis deorum (quod verbum *θεῶν* manuscriptis traditum est, v. ifr.) instantibus. Hi tripodes amplectuntur opera memoria maxime digna, ut est Satyrus ille, quem Praxiteles permagni fecisse dicitur; *λόγος* delectationi quasi natus narratur, in quo Phryna amica Praxitelem plurimi Satyrum et Amorem aestimare convincit, sic finitur: *Φρύνη μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται·*, auctor pergit: *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δ' ἑστηκότα ὁμοῦ καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησεν.* Per antithesim quandam igitur, cuius ars nimia atque arcessita et cum distortione membrorum facta ea re lenitur, quod verba Satyri, Amoris, quae iam audivimus, repetuntur (etsi iam non eaedem figurae designantur), nomen Bacchi introducitur itemque (. . . *καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησεν*) repetitur (cum altera Bacchi figura commemoretur).

His verbis Pausanias ipsam proclivitatis ad meridiem vergentis descriptionem facillime annectere potuit, cum sic perrexit: *τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν.* Duo insunt templa et simulacra. Ibique quattuor tabulae pictae ad Bacchum spectantes reperiuntur, earumque prima inserto describitur *λόγῳ* bipartito itaque magis explicato.

Proxima paragraphus quarta commode adiungitur *ἔστι δὲ πλησίον τοῦ τε ἱεροῦ τοῦ Διονύσου καὶ τοῦ θεάτρου κατασκεύασμα.* Sequitur amplissimus *λόγος* de hoc o p e r e, ut ab auctore appellatur, renovato.

Ipsa periegesis denique continuatur capite 21; conexus fit verbo theatri: *εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν.* De Sophocle et Aeschylo duo *λόγοι* contrarii conferuntur. Paragrapho tertia Gorgonis Medusae caput auratum *ἐπὶ τοῦ Νοτίου καλ. τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον,* appellatur et spelunca, quae[4]) tripo-

[3]) Divisionem vero contra sensum esse factam iam inde intellegitur, quod numerus paragraphi alterius in medium *λόγον* inepte incidit; conferas de opere Pausaniano in omni genere male diviso Robert Paus. 3 a. Item sermonis contextu restricte observato aliae interpunctiones saepe postulabuntur, has in nostra parte ipsa plures, de reliquo interdum expressis verbis commemorabimus.

[4]) V. ifr. de monumento choragico Thrasylli.

dem sustinebat, intra autem Apollinem habebat et Dianam liberos interficientes Niobae, *ἐν . . . τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου . . . ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν*; Pausanias verba facit de Nioba Sipyleia, quam ipse viderit. Rursus hic verbo theatri colligationis causa usus est, addidit nomen arcis.

Item quarta paragrapho: *ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου τέθαπται Κάλως* (cum brevi *λόγῳ*)· *τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν κτλ.* Hic accessit vox eundi. Sepulcrum Perdicis, aedes tutoris sanitatis vicina situ,[5]) natura contraria erant. In Aesculapi fano fons est, de quo *λόγος* narratur, interque alia dedicatus thorax Sarmaticus; ab hoc exorsus Pausanias fusius digreditur per Sarmatarum artes, mores, quae sequuntur.

Ad periegesim ipsam demum revertitur capite 22, 1: *μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ταύτῃ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσι Θέμιδος ναός ἐστι· κέχωσται δὲ πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτῳ· τοῦ δέ οἱ βίου τὴν τελευτὴν συμβῆναι λέγουσιν ἐκ καταρῶν.* Iterum haec legimus: *τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ, ἀκρόπολις, ἰέναι*; vox theatri non iam apparet; alteram hic nobis viam inferiorem occurrere contra priorem (21, 4) supra Aesculapi fanum ferentem Robert Paus. 207 exponit.[6]) Themidis templum et Hippolyti monumentum continentia sunt secundum verba periegetae expressa. *Λόγος* autem continuo de Phaedra adiungitur; desinit in nomen eiusdem. *Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον . . . Θησεὺς . . . αὐτήν τε σέβεσθαι καὶ Πειθὼ κατέστησε* Pausanias eum ad modum pergere poterat, ut sermo exsisteret efficax. Ambarum dearum fana et Terrae, Cereris, quae deinceps afferuntur, iam prope ipsum arcis ascensum posita sunt; de loco eorum Robert l. l. 317 sq. 343 agit, cf. autem ifr. a. 142.

Itaque paragraphus quarta incipit *ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολίν ἐστιν ἔσοδος μία·* . . Verborum quoque annexio aptissima est: Aesculapi fanum hic praeteriri par est, vox arcis natura rerum iam necessaria saepius nobis antea occurrit, potissimum insequentis descriptionis verbum aditus nomine eundi bis adhibito praeparatum erat.

---

[5]) De loco sepulcri videas Robert Paus. 206 sq.

[6]) Discrepat E. Petersen Pausanias der Perieget Rh. M. 64 (1909) 490 a. 2.

In ipsa quarta paragrapho primum propylaea universe nominantur, deinde statuis equitum prolatis dicitur *τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ Νίκης ἐστὶν Ἀπτέρου ναός*. Hinc mare posse spectari, et hoc loco Aegeum se deiecisse, de quo *λόγον* Pausanias in paragrapho quinta addit et heroum commemorat. Tum in sexta paragrapho per antithesim atque eam *χιαστὴν* sequitur *ἔστι δὲ ἐν ἀριστερᾷ τῶν προπυλαίων οἴκημα ἔχον γραφάς*. Iam voce *γραφῶν* dispositio designatur. Diomedes pictus est et arcum Philoctetis et Palladium auferens. *Ἐνταῦθα ἐν ταῖς γραφαῖς* sunt Orestes Aegisthum interficiens et Pylades filios Naupli succurrentes Aegistho, mactatur Polyxena. Digressione hinc ad finem paragraphi facta Pausanias ineunte septima paragrapho verbum illud recipit *γραφαὶ δέ εἰσι καὶ ἄλλαι καὶ Ἀλκιβιάδης*, Perseus Polydectae caput Medusae affert. Rursus *ἐπὶ τῶν γραφῶν* et alia picta sunt et Musaeus, de cuius versuum auctoritate fit annotatio. Per epanodum verborum *ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολίν ἐστιν ἔσοδος μία*, quibus quarta inducta erat paragraphus, octava iam incipit *κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν Ἑρμῆς*[7]) *ὃν Προπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτην ποιῆσαι . . . λέγουσιν*.

Vidimus, qua ratione Pausanias nostram partem disposuerit. Consulto autem quasi extrema modo lineamenta signata sunt ipsius nimirum periegeseos; ossa solum, ut ita dicam, exstiterunt, nam multo plus spati *λόγοις* expleri neminem fugere potest; atque horum quoque partes particulasque cum inter se tum cum illis lineamentis a Pausania summa eximiaque arte (si ipsius opinionem sequimur) coniunctas esse in singulis artificiis inquirendis, quo facilius ac melius fiat, peto, ut mihi liceat conari suo de quaque loco demonstrare.

Sed antea t a b u l a quadam brevius eoque clarius significemus,

---

[7]) Cdd. *Ἑρμῆν*. Robert cum Paus. 96 a. 2 de his verbis agit, scribit . . . *Ερμῆ⟨ς ἐστι⟩ν, ὃν Πρ. ὀν., καὶ Χάριτ⟨ες⟩, ἃς Σωκρ. κτέ.*, sed, si quidem coniciamus necesse est, *Ἑρμῆν* in *Ἑρμῆς* mutare satis habebo, cum pro *ἐστιν* intellegendo ad usum saepius, nisi fallor, apud Pausaniam et in primariis et in secundariis enuntiatis statuendum revocem; de breviloquentia *Χάριτας ποιῆσ.*, qua compositio relativa in secundo membro tollatur, exempla infra occurrent.

quam acriter auctor totam compositionem quasi principalibus quibusdam verbis constituerit et designaverit:

Cap. 18, 3 | πλησίον δὲ πρυτανεῖόν ἐστιν
„ 20, 1 | ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ πρυτανείου καλ. Τρίποδες·
ναοὶ θεῶν . . . καί σφισιν ἐφεστ. τρίποδες
. . . περιέχοντες εἰργασμένα·
Σάτυρος γάρ ἐστιν . . Πραξιτ . . .
2 (καί ποτε Φρύνης αἰτ. . . . φασίν
. . . .
Φρύνη μ. οὔτ. τὸν Ἔρ. αἱρ.)·
Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τ. πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς . . .·
Ἔρ. δ' ἑστ. ὁμ. κ. Διόν. Θυμ. ἐπ.

3	τοῦ Διονύσου δέ ἐστι τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν	πρὸς τῷ θεάτρῳ		
	γραφαὶ δὲ αὐτόθι			
	logos (Διόνυσος)			
	ταῦτά τε δὴ γεγραμμένα εἰσὶ καὶ . . .			
4	πλησίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου κατασκεύασμα	καὶ τοῦ θεάτρου		
(4—7)	logos			
21,1	εἰκόνες	ἐν τῷ θεάτρῳ		
	. . . τραγῳδίας δὲ . . . Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς			
	logos (Διόνυσος)			
2	. . Αἰσχύλου ἀντίθετοι			
	logos (Διόνυσος)			
3			ἐπὶ τοῦ Νοτίου καλ. τείχους τῆς ἀκροπόλεως ↙	
	↙	ἐς τὸ θέατρον τετρ.		
	Μεδούσης τῆς Γοργόνος κεφαλή			
	↙	ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου		
	σπήλαιον →	→	ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν	
	τρίπους — Νιόβη			
	logos			
4			↙	ἰόντων
		↙	ἐς τὴν ἀκρόπολιν	
	↙	ἀπὸ τοῦ θεάτρου		
	τέθαπται Κάλως·			
	logos			

	τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερόν			
	. . . ἐν αὐτῷ κρήνη			
	logos			
5	ἐνταῦθα . . . Σαυροματικὸς			
	. . θώραξ			
(5—7)	logos			
22, 1	μετὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπ.	→	πρὸς τὴν ἀκρόπολιν	ἰοῦσι
	Θέμιδος ναός ἐστι·	←		
	. . πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτῳ			
(1, 2)	logos (. . . . . . Φαίδρα)			
3	Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον			
	. . . . καὶ Πειθώ			
	. . καὶ Γῆς Κουροτρόφου			
	καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης			
4			ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολίν ἐστιν	ἔσοδος μία

	τὰ δὲ προπύλαια	
	τὰς μὲν οὖν εἰκόνας τῶν ἱππέων . . .·	
	τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ	Νίκης ἐ. Ἀπτέρου ναός
5		logos
		ἡρῷον Αἰγέως.
6	ἔστι δὲ ἐν ἀριστερᾷ τῶν προπυλαίων	οἴκημα ἔχον γραφάς·
		Διομήδης ὁ μὲν ἐν Λήμνῳ..
		ὁ δὲ.. ἐξ Ἰλίου ..
		ἐνταῦθα ἐν ταῖς γραφαῖς
		Ὀρέστης, Πυλάδης
		Πολυξένη
		(Ὁμήρῳ εὖ μὲν παρείθη
		εὖ δὲ . . ποιήσας
		οὐδὲν . . . ἃ δὴ καὶ
		Πολύγνωτος ἔγραψ.·
		ἔγραψε δὲ καὶ κατὰ
		τὰ αὐτὰ καθὰ δὴ καὶ
		Ὅμηρ. ἐποίησ.).
7		γραφαὶ δέ εἰσι καὶ ἄλλαι
		καὶ Ἀλκιβιάδης, . . . σημεῖα ἐν τ. γρ.
		καὶ Περσεύς ἐστιν . . . . . . μὲν . .
		οὐκ . . . σημῆναι·
		ἐπὶ δὲ τῶν γραφῶν

παρέντι τὸν παῖδα τὸν . . φέροντα
καὶ τὸν παλ. ὃν Τιμαίν. ἔγρ.
ἐστὶ Μουσαῖος
(ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξά-
μην, . . ., δοκεῖν δέ μοι . . .).

8 *κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον αὐτὴν ἤδη τ. ἐς ἀκρόπολιν*
Ἑρμῆς ὃν Προπύλαιον ὀνομάζουσιν,
καὶ Χάριτας Σωκράτην ποιῆσ. . . λέγουσιν κτλ

Ex ipsius periegeseos descriptione sic designata, ut quasi principalia verba, quippe quibus universa compositionis ratio definiatur, plane exstent, atque hunc in modum, ut semper sequens, ubi apparet primum, una cum superiore videatur implicatione quadam conecti,[8]) **hoc** ad contextum orationis quoque constituendum **efficitur**. Cap. 21,3 libri exhibent *οὗτος μὲν ταῦτα ἔλεγεν· ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλή, καὶ περὶ αὐτὴν αἰγὶς πεποίηται. ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν.* Hermannus Hitzig in apparatu critico editionis suae commentario H. Bluemneri instructae (I 1 a. 1896) annotat '*ὃ τῆς ἀκροπ.* codd. edd. (*ὃ τῆς τῆς ἀκρ.* La), inclusi verba *τῆς ἀκροπόλεως,* quae qui scripsit primus, fortasse ipse Pausanias, voluit poni ante *τοῦ νοτίου κ. τ.*', sed recte Jahn Michaelisque (Arx Athenarum a Pausania descripta ³1901) libros secuti sunt, F. Spiro editor (a. 1903) nihil omnino dixit, nam ut suo quisque iure haec verba mire posita esse sensit, ad voluntatem auctoris se conformavit, ex qua nomen *ἀκροπόλεως,* quod adhuc nondum legissemus, primum appareret quam insignissime. Neque minus cum Spirone improbandum esse puto, quod Hitzig Weitere Beiträge 13 *ταῖς* post *πέτραις* desiderat: supra intelleximus verbum *ἀκροπόλεως* gravissimum dispositionis membrum esse, quam vim Hitzigi ratione imminui elucet. Respicias porro contrarium de-

---

[8]) Occurrunt enim: prytaneum, a prytaneo ad Tripodes, aedes deorum tripodes sustinentes, aedes Bacchi, Bacchi fanum ad theatrum, a theatro sub arcem, in arcem aditus unus, propylaeorum ad dextram, ad sinistram conclave complectens tabulas pictas, ad aditum ipsum iam in arcem.

cussatum, simul figuram epanodi cuiusdam: . . . τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον. . . — ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου . . . ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. Etiam de contrario σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν et τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Ἄρτεμις τοὺς παῖδάς εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιόβης velim cogites, una inter se respondent ἐν ταῖς πέτραις: ἐν αὐτῷ, ἔπεστι καὶ τούτῳ — ἐν αὐτῷ εἰσιν. Ceterum ego quidem prorsus sequor verba Frazeri, quae ad cap. 2, 4 δόρυ ἀφιεὶς ἐπὶ γίγαντα Πολυβώτην, ἐς ὃν Κῴοις ὁ μῦθος περὶ τῆς ἄκρας ἔχει τῆς Χελώνης fecit de ὁ ab Hitzigio in scripto, quod modo commemoravi, inter ὁ μῦθος et περὶ τῆς ἄκρας addito: 'The omission of the article in such cases is far too common in Pausanias's text to allow us to attribute it always to the mistake of a scribe. Hitzig would restore it in many, if not all cases. In doing so he is probably correcting Pausanias, not his copyists.' Ita satis hic habebo[9]) IX 37, 5 attulisse τούτους φασίν, ὡς ηὐξήθησαν, γενέσθαι δεινοὺς θεοῖς τε ἱερὰ κατασκευάσασθαι καὶ βασίλεια ἀνθρώποις· καὶ γὰρ τῷ Ἀπόλλωνι τὸν ναὸν ᾠκοδομήσαντο ἐν Δελφοῖς καὶ Ὑριεῖ τὸν θησαυρόν, ubi cum Siebelisio in ᾠκοδόμησαν τὸν ἐν Δελφοῖς distrahunt, sed quam pro se illi templum Apollini aedificaverint, λόγῳ, qui secundum Herodotum II 121 subsequitur, satis, opinor, liquet; reperis contraria decussata θεοῖς ἱερά — βασίλεια ἀνθρώποις et Ἀπόλλωνι τὸν ναόν — Ὑριεῖ τὸν θησαυρόν, Delphis autem sunt ambo. II 21, 9 τὴν δὲ εἰκόνα παρὰ τῇ θεῷ τῆς παρθένου Χλῶριν ὀνομάζουσι Dindorf τῆς ante παρὰ transposuerat, animadvertis similitudinem numerorum et sonorum. — Denique in libro primo cap. 22,6 sq. principalem vocem dispositionis γραφαὶ cognovimus. O. Jahn in editione sua verba ἐν ταῖς γραφαῖς inter ἐνταῦθα et Ὀρέστης ἐστὶν uncis inclusit, secuti sunt A. Michaelis, Hitzig Bluemnerque, sed recte Spiro eos imitatus non est, neque enim dubium esse potest, quin Pausanias omnes harum paragraphorum comprehensiones, quae ad ipsam periegesim pertinerent, nomine γραφῶν perspicue designare voluerit contra digressionem illam Ὁμήρῳ δὲ εὖ μὲν παρείθη . . .

[9]) Alia nonnulla alibi afferam.

. . . *καθὰ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐποίησε,* quae verba parenthesim esse G. Hermann et C. Robert optimo iure mea quidem sententia contenderunt,[10] et annotationem exeuntis paragraphi septimae *ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξάμην . . . . ἐς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις.*

Lib. I, cap. 20, 1. 2.

Iam postquam ea disserui, quae dispositione accurate descripta statim discimus, singula Pausaniae artificia elocutionis tentemus ac videamus, quae hinc ad res quoque illustrandas colligantur. Ordiamur a capite 20: *ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ πρυτανείου*[11] *καλουμένη Τρίποδες· ἀφ' οὗ καλοῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ μέν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα· Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλην λέγεται φρονῆσαι μέγα (καί ποτε Φρύνης αἰτούσης, ὅ τι οἱ κάλλιστον εἴη τῶν ἔργων, ὁμολογεῖν μέν φασιν, οἷ δ' ἐραστὴν διδόναι μέν, κατειπεῖν δ' οὐκ ἐθέλειν, ὅ τι κάλλιστον αὐτῷ οἱ φαίνοιτο . . .· Πραξιτέλης δὲ . . . οἱ καμόντι οὐδὲν ἔφασκεν εἶναι πλέον, εἰ δὴ καὶ τὸν Σάτυρον ἡ φλὸξ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπέλαβε· Φρύνη δὲ μένειν θαρροῦντα ἐκέλευε· παθεῖν γὰρ ἀνιαρὸν οὐδέν, τέχνῃ δὲ ἁλόντα ὁμολογεῖν τὰ κάλλιστα ὧν ἐποίησε. Φρύνη μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται)· Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δ' ἑστηκότα ὁμοῦ καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησεν.* Paene totas paragraphos primam et secundam attuli, quia, quantum ego sentio, nullae fere comprehensiones, praecipue sane prima *ἔστι δὲ ὁδὸς . . . . περιέχοντες εἰργασμένα* intellegi possunt nisi altera ex altera.

Permulta de his verbis scripta sunt.[12] In primo illo enun-

---

[10]) V. nunc Roberti Paus. 103 sqq. Quod Petersen Rh. M. l. l. 498 sqq. dissentit, conferas ifr. in loco.

[11]) Spiro hic alibique (cf. indicem s. v.) *πρυτανεῖον* littera minuscula scripsit, sed idem *Ὠιδεῖον*, cum Wilhelmus Dittenberger olim monuerit, ut *ᾠδεῖον* scriberetur, minime enim odeum nomen posse proprium appellari; reperimus sane apud Pausaniam odea Corinthiorum II 3, 6, Patrensium VII 20, 6, Smyrnaeorum IX 35, 6.

[12]) Praedicanda mihi quidem videntur esse ea, quae P. Wolters Arch. Ztg. 43 (1885/6) 82 sqq. exposuit. Omnia usque ad annum 1896 collegerunt Hitzig Bluemnerque, ad 1898 Frazer in commentario suo. Denuo etiam anno 1898 W. Klein Praxiteles 190 sqq. rem pertractavit, atque eandem

tiato Spiro recentissimus[13]) editor cum Roberto (Herm. 14 (1879) 314) ὅσον pro θεῶν coniecit. Contra Hitzig censet *ναοὶ θεῶν κτλ.* esse locum corruptum, nondum sanatum.[14]) Nihil omnino mutaverant Schubart Walzque edd., nam verum cognosse dicunt Westermannum, cum explicaret Act. Soc. Gr. Lips. I 181 'per se quidem templa non admodum magna erant; alia enim multo maiora, uti Olympicum; sed magna profecto dicenda, si reputes, nulli alii usui ea inserviisse, quam tripodibus in culmine ferendis, quale fuit monumentum Lysicratis hodieque exstans.'[15]) At Siebelis in ed. annotatt.[16]) ne suspicionem quidem depravationis posse oriri iudicaverat, si virgula cum Domitio Calderini post *ἐς τοῦτο* posita sic ut Goldhagen quoque *μεγάλοι* non ad *ναοὶ* sed ad *τρίποδες* referres. Quam rationem satis duram esse Schubart

---

sententiam Gesch. d. gr. Kunst II (1905) 251 breviter repetivit. Addenda erunt ea, quae W. Judeich Topogr. v. Ath. 273, E. Reisch PWRE V 1687 sqq. anno 1905 de rebus archaeologicis protulerunt. Cum illis autem, quae Petersen Ein Werk des Panainos 31 sq. (a. 1905) significavit, Rh. M. l. l. 496 sq. exsecutus est, partim congruo, partim dissentio.

[13]) M. Carroll The Attica of P. contextum editionis Hitzigianae repetivit neque apparatum criticum dedit, v. H. Schenkl Berl. Phil. Wchschr. 1911 nr. 36 Sept. 9 col. 1118 sq.

[14]) Antea Clavier coniecerat *εἰσιν οὐ* pro *ἐς τοῦτο*, ediderat *ἐς τοῦτο* ⟨*οὐ*⟩; illud probaverunt cum alii tum Preller et Buttmann (*εἰσιν οὐ* vel *ἐστιν οὐ*), hoc Stuart Altert. v. Ath. I 166, Leake Topogr. Ath. 109 ed. Germ. prior., Herwerden, cum hac correctione nihil evidentius esse arbitretur. Audacissime autem scripserunt Kayser Rh. M. N. F. 5, 351, cui ne *θεῶν* quidem ferri posse videbatur, . . . *Τρίποδες· ναοὶ Διονύσου οὐ μεγάλοι ⟨εἰσὶν ἐνταῦθα⟩ καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες, ἀφ' ὧν καλοῦσι τὸ χωρίον* atque eius opinionem secutus Zink Verhandl. d. philol. Gesellsch. i. Würzb. 128 . . . *Τρίποδες ναοὶ Διονύσου ἐνταῦθα — καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ, ἀφ' ὧν δὴ καλοῦσι τὸ χωρίον — οὐ μεγάλοι μέν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα* (adversatur Schubart Jb. f. Ph. 89, 45). Wieseler Philol. 26, 353 vult *ναοὶ θεῶν ἐς τὸ ὕψος οὐ μεγάλοι*, pro *μεγάλοι* librorum Stark Arch. Stud. 20 substituit *στρογγύλοι*; utrumque cum rebus dissentire infra apparebit.

[15]) Item Petersen E. Werk d. Panainos a. 53 (p. 36) elocutionem Pausaniae hic quoque incommodam quidem esse, verumtamen nihil mutandum arbitratus est. Reisch autem l. l. 1692 contextum verborum aut non integrum aut sermonem tam inscite factum esse putat, ut intellegi non possit. Sed videas a. 20.

[16]) Id quod probaverunt O. Mueller ad Leaki ed. Germ. 454 et Leake ipse ed. II 98 a. 3.

Walzque iam confirmaverunt. Maxime vero ei repugnat, quod sic voci *ναοὶ ϑεῶν* nullus modus neque finis fit. Nam recte viros doctos magnitudo horum templorum nequaquam imminuta videtur offendisse.[17])

Ita Robert Herm. l. l. de duabus tantum rebus esse dubitandum censet. Atque alterum esse, quod Pausanias aedes deorum appellet magnas, quas necesse sit parvas exstitisse, velut monumentum illud Lysicratis nobis conservatum; alterum, quod *ναοὶ ϑεῶν* dicatur, cum *ναοὶ Διονύσου* dumtaxat probari possit.[18]) Iam num codicum verba, quae Westermann sic interpretetur: 'non per se quidem, sed usui, cui inserviunt (tripodibus videlicet ferendis) magnae', hunc ipsum sensum, nisi eorum vis coërceatur particula quadam, habere possint, se nescire. Neque tamen, quid *ναοὶ ϑεῶν* sit, expediri.[19]) Ita ipse Robert coniecturam profert, qua uterque scrupulus tollatur idemque sensus exsistat, quem Westermann voluerit. Pro *ΌΣΟΝ* enim primum *ΘΕΟΝ* per errorem lectum, idque deinde ad *ναοὶ* relatum esse, ut *ϑεῶν* evaderet. Quae quam frequens sit corruptela, ex Cobeti var. lect. 358 cognosci posse.

Quod Roberti receperunt praeter Spironem Wolters l. a. 12 l. 81, Milchhoefer Schriftquellen z. Topogr. v. Ath. (in Curtius Stadtgesch.) LVIII 62, Frazer, Klein l. a. 12 l. 184 a. 2. Ipse Robert Paus. 41 a. 2 idem obtinuit.[20]) Bluemner quoque in commentario id, quod libri manuscripti praebeant, perperam

---

[17]) Discrepat Petersen Rh. M. l. l., cum Metroum Olympicum etiam *ναὸς μεγέϑει μέγας* a Pausania appelletur, recentiores quidem legunt (V 20, 9) *ναὸν δὲ μεγέϑει ⟨οὐ⟩ μέγαν καὶ ἐργασίᾳ Δώριον Μητρῷον καὶ ἐς ἐμὲ καλοῦσιν ἔτι.*

[18]) Reicit autem *οὐ* ab Claviero olim insertum (cf. a. 14); Buttmannum quidem et eos, qui idem quod ille scripserint, non magis sane commutasse quam apud Pausaniam liceat, attamen coniecturam formae litterarum traditarum accommodatiorem esse substituendam.

[19]) Kayseri inventum *ναοὶ Διονύσου* (cf. a. 14) desperationis esse, etiamsi icere concedas templa viae Tripodum sic significari.

[20]) 'Die Versuche, die Überlieferung zu retten . . .richten sich dadurch (von) selbst, daß sie mit der stilistischen Unbeholfenheit des Pausanias operieren.' Quod Kleinium se non sequi hoc loco dicit, ipse Herm. 44 (1909) 320 correxit. Certe enixe dabimus operam, ut Pausaniam ex ipsius more loquendi interpretemur.

Schubartum Walziumque secutos esse certum habet, nec sententiam Westermanni probari posse. Sed ne in *ὅσον* quidem Roberti coniectura illa acquiescit, nam bases tripodum *ναΐδια* vel *ναΐσκους,* haud facile vero posse appellari *ναοὺς θεῶν*[21]) affirmat. Itaque formam contextus non minus quam Hitzig editionis auctor in dubio relinquit.

At quo modo *ναοὶ θεῶν* a Pausania dictum sit, exponere liceat. Primum enim putaverim rem ex verbis illis *ἐς τοῦτο* potissimum pendere neque hic Pausaniae rationem disponendi satis semper respectam esse. Definiturus est, unde via Tripodum nomen traxerit; hoc facit comprehensione, quantum ad speciem attinet, bipartita: (*ἀφ' οὗ καλοῦσι τὸ χωρίον,*) *ναοὶ . . . μεγάλοι* et *καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες κτλ.*, quibus ex partibus secunda primarium locum re vera occupat. Inverso igitur ordine utendum fuisse exspectas: agis ex ipso periegetae consilio, nam, '. . . quae praeponenda ceteris verbis arbitreris, ea postposita, quae postponenda, ea occupata sunt; denique verborum collocatio prorsus ea est, ut auctor legentes quasi deludere videatur, ne recte intellegi possit'.[22]) Accedit, quod duae partes verbo *καὶ* arctius coniunguntur, ut in paragrapho altera *Διονύσῳ . . . Σάτυρός ἐστι παῖς καὶ δίδωσιν ἔκπωμα,* ubi Hitzig Bluemnerque in commentario nostrum exemplum non afferunt, sed alia complura;[23]) addo autem hic IX 33,3, quod plane respondet: *ἐν Ἁλιάρτῳ δέ εἰσι ναοὶ καί σφισιν οὐκ ἀγάλματα ἔνεστιν, οὐκ ὄροφος ἔπεστιν.*[24]) Denique, id quod maximi momenti est, et prioribus verbis *ναοὶ θεῶν* principalis dispositio significatur: legimus postea *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον . . . Ἔρωτα δ' . . ὁμοῦ καὶ Διόνυσον . .*, et posterioribus *καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες* ita positis, ut sunt, reliqua com-

[21]) Statuo autem Bluemnero his quidem verbis: '. . . aber schwerlich *ναοὶ θεῶν*' non licere argumentari contra Robertum, quippe qui *θεῶν* omnino non tenere sed in *ὅσον* emendare voluerit (atque id, ut Westermanni explicationem secutus tali particula vim vocis *ναοὶ* quoque temperaret).

[22]) Boeckh l. l. 209.

[23]) V 17,11. VI 18,1. VII 5,9; primum: II 3,5 falso commemorant, de quo infra videamus.

[24]) Eundem similemque sermonem, quo varii fructus etiam gravissimi praebentur, alio loco uberius tractabo.

modissime annectuntur: *χαλκοῖ μέν, μνήμης δὲ . . . — Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ . . λέγεται . . .* Qui usque ad *μεγάλοι* tantum legerit, vix subito, ut Westermann, interpretabitur 'non per se quidem, sed usui, cui inserviunt, magnae' vel cum Schubarto Walzioque vertet 'hoc quidem respectu m.', immo vero *ἐς τοῦτο* alio pacto ac simplicissimo ad *τὸ χωρίον* referre[25]) cogitur, itaque *secundum illam rationem* dicit 'non per se quidem, sed **ad hunc locum** m.', 'im verhältnis zur örtlichkeit gr.' Hoc iam interpretandum est. Aedes ad hunc locum magnae idcirco appellantur, quia 'aedes deorum'[26]) sunt: deos enim, id est deorum simulacra, cohibent; quod ut mirum suo iure Pausanias poterat praedicare (*ἐς τοῦτο μεγ.*, 'verhältnismäßig gr.'), cum ea prima de causa hae aedes exstruerentur, ut tripodes sustinerent aëneos tantum (*καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ μέν*), sed tamen et *ναοὶ θεῶν*, non solum aedes simulacris carentes fierent, et ii tripodes *μνήμης ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα* essent. Verba *μνήμης ἄξια μάλιστα* aptissime illustrantur, cum Satyrus, quem Praxiteles plurimi putaverit, commemoratur; annexus coniunctione causali *γὰρ* optime efficitur. Praxitelem re vera illum Satyrum tanti aestimasse Pausanias suo more *λόγῳ* quodam ad delectandos legentium animos idoneo ostendit. Deinceps ex comprehensione *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δ' ἑστηκότα ὁμοῦ καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησεν* recte *ναοὶ θεῶν*, non *Διονύσου* tantum dici certe est colligendum.[27]) Nam is, qui auctorem legerit, ut est, in dubium vocare nequit, quin his verbis *ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον* ad illam aedem, cui Satyrus a Praxitele plurimi ductus impositus erat, relatio fiat, praesertim cum Bacchi atque aliorum deorum aedem ad ipsam Tripodum viam pertinere non modo rerum natura sed etiam verbis, quae subsequuntur *τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν,* veri simillimum sit.[28]) Frequenter

[25]) Idem Petersen sentit Rh. M. l. l.

[26]) Germanice 'göttertempel', non 'tempel der götter' ut Petersen E. Werk d. Panainos l. l.

[27]) Idem Petersen Rh. M. l. l. praedicat.

[28]) Addas Hitzigi Bluemnerique notam, ex qua cognoscas Pausaniam in hac ipsa voce *πλησίον* crebrius legentibus committere, ut id, quod intellegi

λόγοις cursus ipse periegeseos a Pausania quasi non coërcetur immo vero, ubi primum occasio reperiri potest, ita intexuntur, ut animum quam maxime oblectent.[29]) Cui rei nequaquam dissentaneum esse hos *λόγους* semper aliquo pacto quam arctissime cum ipsa periegesi coniungi unusquisque concedet. Itaque *λόγος* saepe a principali verbo incipit eodemque finitur, nec raro ita, ut etiam in ordine verborum et primus et ultimus locus occupetur. Nos habemus initium *λόγου*: *καί ποτε Φ ρ ύ ν η ς α ἰ τ ο ύ σ η ς*, exitum: *Φ ρ ύ ν η μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα α ἱ ρ ε ῖ τ α ι*. Coniunctio cum insequente comprehensione antithesi illa detorta *Φρύνη μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται· Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς*, quam supra p. 6 designavimus, efficitur. Conferas prius antithesim *τρίποδες χαλκοῖ μέν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα*.

Iam singula interpretationis studebo confirmare. Siebelis sic explicavit: *ἀφ' οὗ καλοῦσι τὸ χωρίον, τοῦτό ἐστι· ναοὶ κτλ.*, ut in talibus formulis, a pronominis relativi neutro genere incipientibus, pronomen demonstrativum cum copula, quam vocamus, intellegatur. Sed hoc multo parum esse, quod ad neutrum relativi, omnino vero ad enuntiata relativa solum revocat, infra per se apparebit. Copulam autem saepe a Pausania non scribi intellegas ex ann. 7, alia exempla iam occurrent.[30])

In priore nostro enuntiato *ἀφ' οὗ καλοῦσι τὸ χωρίον* editores ante Schubartum, item Robert Herm. l. l. *δὲ* post *ἀφ' οὗ* inseruerunt, sed certe sequendi sunt codices, nam eiusmodi progressum orationis, ut hic . . *ὁδὸς . . . κ α λ ο υ μ έ ν η Τρίποδες· ἀ φ' ο ὗ κ α λ ο ῦ σ ι τὸ χωρίον . . .*, Pausanias alibi quoque praebet, legimus enim VIII 41,3 *εἰσὶ δὲ α ἱ π η γ α ὶ τ ῆ ς Ν έ δ α ς ἐν ὄρει τῷ Κεραυνίῳ, τοῦ Λυκαίου δὲ μοῖρά ἐστι· κ α θ ό τ ι ἐ γ γ ύ τ α τ α ἡ Ν έ δ α Φ ι γ α λ έ ω ν τ ῆ ς π ό λ ε ω ς γίνεται, κατὰ τοῦτο οἱ Φιγαλέων παῖδες ἀποκείρονται τῷ ποταμῷ τὰς κόμας· τὰ πρὸς θ α λ ά σ σ ῃ κ α ὶ ἀ ν α-*

---

velit, e superiore descriptione coniciant, afferuntur complura e libro primo cl. Stephanio Bulletin de l'Académie de St. Pétersbourg 17,543; adhibeas iam Roberti quoque librum 110.

[29]) *Λόγους* eiusmodi uncis rotundis licebit designemus, exempla nobis aderunt.

[30]) Varia complura etiam componam alio loco.

πλεῖται ναυσὶν οὐ μεγάλαις ἡ Νέδα, neque post *καθότι* a nonnullis editoribus neque ante *πρὸς θαλάσσῃ* cum uno Lugdunensi in editionibus particulam *δὲ* iure esse additam puto; distinguendum autem sic erit, ut post *Κεραυνίῳ* virgula ponatur, ante *καθότι* et *τὰ πρὸς θαλάσσῃ* maior, sed non maxima interpunctio adhibeatur. Idem est 52,1 sq. *καὶ ἤδη τὸ μετὰ τοῦτο ἐς ἀνδρῶν ἀγαθῶν φορὰν ἔληξεν ἡ Ἑλλάς. Μιλτιάδης μὲν γὰρ ὁ Κίμωνος ... ἐγένετο εὐεργέτης πρῶτος κοινῇ τῆς Ἑλλάδος, Φιλοποίμην ὁ Κραύγιδος ἔσχατος· οἱ δὲ πρότερον Μιλτιάδου ... πατρίδας ἕκαστοι τὰς αὑτῶν καὶ οὐκ ἀθρόαν φανοῦνται*[31]) *τὴν Ἑλλάδα ὠφελήσαντες· Μιλτιάδου δὲ ὕστερον Λεωνίδας κτέ.*; editores secundum minores libros manuscriptos, eos dico, qui siglo L[1] comprehenduntur, *δὲ* post *Φιλοποίμην* supplendum esse censuerunt, sed Pausanias progressum sententiae ita videtur expressisse, ut Miltiadi eos, qui ante vel post illum universae profuissent Graeciae, opponeret coniunctionibus *μὲν* et *δὲ* inter se respondentibus, quae vis puncto ante *Μιλτιάδου δὲ ὕστερον* posito minuitur, prorsus autem perit *δὲ* particula inserta; atque chiasmo *οἱ δὲ πρότερον Μιλτιάδου* — *Μιλτιάδου δὲ ὕστερον* haec antithesis confirmatur. Simile contrarium habemus IX 30,11 ... *οὗτος ὁ ποταμὸς κατέλαβε μὲν τὰ τείχη Λιβηθρίοις, θεῶν ἱερὰ καὶ οἴκους ἀνέτρεψεν ἀνθρώπων, ἀπέπνιξε δὲ τούς τε ἀνθρώπους καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει ζῷα ὁμοίως τὰ*[32]) *πάντα. Δὲ* particula, quam editiones Musuro auctore exhibent, in libris non adest; recte quidem, operibus enim, quae sunt et moenia et deorum fana ac domus hominum, ipsi homines omniaque animalia opponuntur, exsistit in priore parte comprehensionis hic sermonis gradus: moenia corripiuntur, iam aedificia evertuntur. Itaque quo magis hic gradus exprimatur, vulgatae atque illius ex altera familia stirpis, quae L[1] appel-

---

[31]) Quae sit necessitas, qua praesens *φαίνονται* cum Hitzigio Bluemneroque scribere cogamur, non intellego, immo vero auctorem futuro arbitror usum esse, ut cum res ab alteris, qui post Miltiadem fuissent, gestas commemoraret, hac temporis forma legentes invitaret, ut ipsi alterorum, qui antea vixissent, merita meminissent.

[32]) '*Τὰ* ante *πάντα* delendum videtur' Hitzigio Bluemneroque, sed cf. IX 36,1 *τῇ μὲν δὴ χώρᾳ τῇ πάσῃ Φλεγυαντίδα ὄνομα εἶναι μετέθεντο ἀντὶ Ἀνδρηίδος.* Etiam in aliis rebus duplum articulum a Pausania adhiberi putaverim, v. a. 96.

latur, formam *κατέλαβε* malo, cum Amasaeus, Sylburg omnesque recentiores a P[1], ab altera igitur eiusdem familiae stirpe, quae Parisinum 1410 amboque Mediceos continet, *κατέβαλε* receperint.[33]) Contra comprehensionem, in qua altero prioris enuntiati membro non perficiatur progressus, legas I 31,4 *Φλυεῦσι δέ εἰσι καὶ Μυρρινουσίοις τοῖς μὲν Ἀπόλλωνος . . καὶ Ἀρτέμιδος . . βωμοὶ Διονύσου τε . . καὶ νυμφῶν Ἰσμηνίδων καὶ Γῆς . . . ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος . . [καὶ] Διὸς . . καὶ . . Ἀθηνᾶς καὶ Κόρης . . . καὶ Σεμνῶν ὀνομαζομένων θεῶν,*[34]) *τὸ δὲ ἐν Μυρρινοῦντι ξόανόν ἐστι Κολαινίδος·*[34]) *Ἀθμονεῖς δὲ τιμῶσιν Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν κτλ.*

Interpretatus sum *ναοὺς θεῶν* hic esse aedes deorum simulacra cohibentes. Et significat Pausanias voce *θεοῦ* non modo deum, verum etiam dei simulacrum. Invenis enim cap. 1, 5 *Κωλιάδος δέ ἐστιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί· δοκῶ δὲ καὶ Φωκαεῦσι τοῖς ἐν Ἰωνίᾳ θεάς, ἃς καλοῦσι Γενναΐδας, εἶναι ταῖς ἐν Κωλιάδι*

---

[33]) Orationis progressum statuerim etiam IX 41,2 *ἔστι δὲ Ἀμαθοῦς ἐν Κύπρῳ πόλις, Ἀδώνιδος ἐν αὐτῇ καὶ Ἀφροδίτης ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον.* Improbabimus *δὲ* post *λέγεται* cum Abreschio insertum VI 24,5 sq. *ἔστι δὲ καὶ μνῆμα τῷ Πύρρωνι οὐ πόρρω τοῦ Ἠλείων ἄστεως, Πέτρα μὲν τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα, λέγεται ὡς ἡ Πέτρα δῆμος εἴη τὸ ἀρχαῖον· Ἠλείοις δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς τὰ ἐπιφανέστατα ναός ἐστι καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος Ἀκεσίου*, cf. ifr. II 5,2 libri exhibent *ὁ δὲ Ἀσωπὸς οὗτος ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Φλιασίας, ῥεῖ δὲ διὰ τῆς Σικυωνίας, ἐκδίδωσιν ἐς τὴν ταύτῃ θάλασσαν*, neque satis sentio, cur secundum codicem Lugdunensem solum *καὶ* ante *ἐκδίδωσιν* addendum sit. Teneo IV 25,3 sq. quoque *καὶ ἐνιαυτὸν μὲν μάλιστα οἱ Μεσσήνιοι κατέσχον τὴν πόλιν καὶ ἐνέμοντο τὴν χώραν· τῷ δὲ ἔτει τῷ ὑστέρῳ δύναμιν οἱ Ἀκαρνᾶνες ἀπὸ πασῶν συλλέξαντες τῶν πόλεων ἐβουλεύοντο ἐπὶ τὴν Ναύπακτον στρατεύειν. καὶ τοῦτο μὲν ἀπέδοξεν αὐτοῖς τήν τε πορείαν ὁρῶσιν, ὅτι ἔσεσθαι δι' Αἰτωλῶν ἔμελλε πολεμίων ἀεί ποτε ὄντων, καὶ ἅμα τοὺς Ναυπακτίους κεκτῆσθαί τι ναυτικὸν ὑπώπτευον, ὥσπερ γε καὶ εἶχον, ἐπικρατούντων δὲ ἐκείνων τῆς θαλάσσης οὐδὲν εἶναι κατεργάσασθαι μέγα οὐδὲ στρατῷ πεζῷ· μετεβουλεύετο δὲ δή σφισι, αὐτίκα ἐπὶ Μεσσηνίους τρέπονται τοὺς ἐν Οἰνιάδαις*, cum Bekker primus *μετεβουλεύετό τε δή* substituerit, *καὶ* ante *αὐτίκα* iam Musurus desideraverit.

[34]) Virgulam post *θεῶν*, non maximam interpunctionem post *Κολαινίδος* adhibui, ut cum partes inter se respondentes *τοῖς μὲν — τὸ δέ* tum antithesis illa *ἐν Μυρρινοῦντι . . . Κολαινίδος*, sc. *Ἀρτέμιδος — Ἀθμονεῖς δὲ . . . Ἀμαρυσίαν Ἄρτεμιν* acrius conspiceretur.

τὰς αὐτάς, apparet has θεὰς priore loco θεῶν ἀγάλματα, postea ipsas deas esse; Pausanias usurpavit eandem breviloquentiam, qua creberrime utitur, conferas ibd. § 3 τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον vel ibd. 3, 4 ταύτας τὰς γραφὰς Εὐφράνωρ ἔγραψεν Ἀθηναίοις καὶ πλησίον ἐποίησεν ἐν τῷ ναῷ τὸν Ἀπόλλωνα Πατρῷον ἐπίκλησιν, πρὸ δὲ τοῦ νεὼ τὸν μὲν Λεωχάρης, ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον Κάλαμις ἐποίησε.[35]) Imago deae voce θεοῦ sine dubio dicitur IX 33,6 ... τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα αὐτὸ συλήσας...... τὸ δὲ ἱερὸν ἐν ταῖς Ἀλαλκομεναῖς[36]) ἠμελήθη τὸ ἀπὸ τοῦδε ἅτε ἠρημωμένης[37]) τῆς θεοῦ ('privata dea'). ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλο ἐπ' ἐμοῦ

---

[35]) Rursus θεαὶ nihil nisi deae ipsae sunt II 11, 4 ἔστιν ἄλσος πρίνων καὶ ναὸς θεῶν ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι. Ibd. 10, 2sq. legimus exemplum evidentissimum κεῖται δὲ ἐν τῇ στοᾷ... ἄγαλμα Ὀνείρου καὶ Ὕπνος κατακοιμίζων λέοντα, Ἐπιδώτης δὲ ἐπίκλησιν. ἐς δὲ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἐσιοῦσι καθ' ἕτερον τῆς ἐσόδου τῇ μὲν Πανὸς καθήμενον ἄγαλμά ἐστι, τῇ δὲ Ἄρτεμις ἕστηκεν. ἐσελθοῦσι δὲ ὁ θεός ἐστιν οὐκ ἔχων γένεια, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, Καλάμιδος δὲ ἔργον... φασὶ δέ σφισιν ἐξ Ἐπιδαύρου κομισθῆναι τὸν θεὸν ἐπὶ ζεύγους ἡμιόνων δράκοντι εἰκασμένον, τὴν δὲ ἀγαγοῦσαν Νικαγόραν εἶναι Σικυωνίαν ..., ibd. § 4 ... τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερόν ... τοῖς δὲ ἄλλοις κατὰ ταὐτὰ καὶ ὁρᾶν ἀπὸ τῆς ἐσόδου τὴν θεὸν καὶ αὐτόθεν προσεύχεσθαι. τὸ μὲν δὴ ἄγαλμα καθήμενον Κάναχος Σικυώνιος ἐποίησεν, ... πεποίηται δὲ ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, φέρουσα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πόλον ... Iam si scriptum videmus I 2, 5 μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενός ἐστιν οἴκημα ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ, βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν καὶ Διόνυσον. ἐνταῦθα καὶ Πήγασός ἐστιν Ἐλευθερεύς, ὃς Ἀθηναίοις θεὸν ἐσήγαγε· συνεπελάβετο δέ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον ἀναμνῆσαν τὴν ἐπὶ Ἰκαρίου ποτὲ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ, hoc cum illis verbis: θεός ἐστιν, φασὶ δέ σφισιν ἐξ Ἐπιδαύρου τὸν θεὸν ἀγαγοῦσαν Νικαγόραν εἶναι conferemus et θεὸν ἐσήγαγε, dum modo τὸν, quod Loeschero auctore editores inde a Siebelisio inseruerunt, omittamus, magis ad simulacrum Bacchi Eleutherensis quam ad deum ipsum referemus, quem posteriore loco verbis τὴν ... ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ solum significari consentaneum est.

[36]) Contra articulum ab Hitzigio primo inter τὸ δὲ ἱερὸν et ἐν ταῖς Ἀλαλκομεναῖς insertum conferas p. 11.

[37]) Sic cdd., edd. cum Sylburgio ἠρημωμένον, quibus prorsus assentitur J. Geffcken, sed videas II 25,5 Λυρκείας μὲν δὴ πόλεως, ἅτε ἠρημωμένης ἤδη ..., οὐκ ἐποιήσατο Ὅμηρος .. μνήμην, 'Lyrceae vastatae', I 25,4 Βοιωτοὶ δὲ Θηβαίων ἠρημωμένων τὴν γῆν τὴν Θηβαΐδα νεμόμενοι δέει μὴ Θήβας

τοιόνδε ἐς κατάλυσιν τοῦ ναοῦ κτἑ. Ita fieri posse quidem puto, ut in vi verbi sic sibi non constante *ναοὶ θεῶν* quoque nullis additis deorum nominibus sint aedes simulacra cohibentes. Hoc modo ea Tripodum templa, quorum Pausanias mentionem facit, eidem omnia deo, Baccho scilicet, ut id, quod in paragrapho altera memoratur, consecrata fuisse possunt. Num mera vox *ναοὶ θεῶν* alibi sic reperiatur, nescio; nec veri simile equidem esse arbitror, nam quis negabit apud eos, quos di paululum adiuvant, formam, artem enuntiatricem dico cum traditam tum ab auctore ipso denuo reperiendam, et argumentum mutuo definiri? [38]) Quare quicumque nostrum *ναοὶ θεῶν* reposcet, ab hoc posci oportebit, ut alibi quoque monumentum quoddam Tripodibus consimile ostendat, quod similis elocutio quoque deceat. Reperiemus vero cap. 22, 4 sermonem exemplo consimili carentem, insuper Engeli (Die oratio variata bei Pausanias, 1907) non semel orationem singularem invenit. Recte sane postulabitur, ut huiusmodi contextus et sensum bonum praebeant et usus verborum singulorum haud dissimilis conferatur: tantum probare posse videor.

Ceterum si prorsus contendet quisquam *ναοὶ θεῶν*, ut alibi, v. II 11, 4, quod modo a. 35 attulimus, aedes deorum semper ipsorum valere, ego quidem non obloquar. Exprimeret enim Pausanias hoc, quod ipsi iam ponimus: templorum viae Tripodum varios deos possessores fuisse. Nominatur Bacchus solus, id quod Pausanias suo more, ut nihil nisi ex *τοῖς γνωριμωτάτοις* electum daret, certe facere potuit, nam Bacchum plurimas aedes possedisse ex ipsa Pausaniae ratione describendi quoque apparet; sed quid est, cur putemus plane nullis aliis dis templa tripodum hoc loco

---

αὖθις Ἀθηναῖοί σφισιν ἐποικίζωσιν οὔτε ἐς τὴν συμμαχίαν ἐτάσσοντο καὶ . . ., ʻThebanis vastatisʼ, perperam, opinor, secundum Schubartum *ἠρημωμένην* editur, nam Pausanias, ut orationem variatam efficeret, *Θηβαίων* pro *Θηβῶν* scripsit (cf. cap. 20, 4 ifr. in loco et cap. 31, 3 . . *οὗτος ᾤκησε παρὰ Ἀθηναίοις καὶ Ἀθηνῶν* [*Ἀθηναίων* princeps Bekker] *ἐπὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἐλευσινίους ἐπολεμάρχησε*), habemus tria membra sic inter se respondentia: *Θηβαίων ἠρημωμένων — τὴν Θηβαΐδα νεμόμενοι — Θήβας ἐποικίζωσιν.* De grammaticis respicias eum alibi quoque discrepare, id quod ostendam ifr. ad cap. 20, 7, alia accedent.

[38]) cf. ifr. a. 104.

dedicata esse? nonne Apollini quoque ex parte[39]) vel Minervae Victoriae vel Iovi et Musis? atque id universis quidem usque ad Pausaniam temporibus?

Has tripodum aedes non tam cultus quam ostentationis causa exstructas esse dicit Petersen E. Werk d. Panainos 31. Sic res se habeat. Talia autem monumenta, ut grande illud Niciae (quod, etsi ad ipsam viam Tripodum non pertinet, tamen afferre liceat, quia nobis conservatum est) ab omni cultu, etiam privato, vacavisse vix quisquam arbitrabitur. Et ea, quae, ut Tripodum *ἀναθήματα,* dis dicabantur, sacra fuisse per se intellegitur. Sed de rebus archaeologicis haec generalia hactenus, singula infra demum poterunt explicari.

Redeamus potius ad *ἐς*[40]) *τοῦτο μεγ.*, quod Latine verti 'ad hunc (locum) magn.'; haud ita bonum 'pro' mihi videtur. Apud veteres sane scriptores magis responderet *κατά*, cum *παρὰ* vel *πρὸς* nimis nostrum 'im vergleich mit' valeat.[41]) Quodsi comparationem, quae voci *ἐς τοῦτο μεγάλοι* inest, comparativo exprimeremus, *μείζονες ἢ κατὰ τοῦτο* appareret, ut dicitur *πλείω ἢ κατὰ τὸ πλῆθος.* Sed primum *κατὰ* praepositio non minus contrarium atque hic postulamus sensum praebet, velut cap. 43, 6 *Σκόπα δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος καὶ Πόθος, εἰ δὴ διάφορά ἐστι κατὰ ταὐτὸ*[42]) *τοῖς ὀνόμασι καὶ τὰ ἔργα σφίσι,* X 5, 10 *τὸν ναὸν κατε-*

[39]) Thargeliorum tripodes usque ad Isaeum, nisi diutius, in Pythio collocati sunt, cf. Preller-Robert Gr. Myth. I⁴ 262, 2.

[40]) Siebelis suo iure annotavit praepositionem *ἐς* a Pausania pro *ἐν* usurpari, tamen fortasse dubitabimus, idemne etiam in iis verbis fiat, quorum notioni non motus quidam sed quies inest, ut in copula, quam hic intellegimus ante *ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο.*

[41]) *Παρὰ* c. acc. 'ad aliquem', plerumque autem, nisi fallor, apud Pausaniam 'iuxta' est, legimus II 13, 8 *ἐστὶν οἴκημα ἐς μνήμην. τοῦτο ᾠκοδόμηται μὲν παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος,* VIII 46, 3 *Ἀργείοις δὲ τὰ ἐκ Τίρυνθος ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν Ἥραν ξόανον, τὸ δὲ ἐν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν ἀνακείμενον τοῦ Λυκίου,* ubi dativum a Spirone coniectum Hitzig Bluemnerque cl. V 23, 5 (*ἄγαλμα παρὰ τὸ ἅρμα ἀνάκειται*) recte reiecerunt. Putaverim IX 3, 7 (cf. ifr.) quoque nulla lacuna vel coniectura admissa libros manuscriptos sequendos esse: *τὸ δὲ ἄγαλμα κοσμήσαντες παρὰ τὸν Ἀσωπὸν καὶ ἀναθέντες ἐπὶ ἅμαξαν γυναῖκα ἐφιστᾶσι νυμφεύτριαν.* 'Pro' est VIII 54, 2 *φαίνεται δὲ ὁ Ἀλφειὸς παρὰ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς φύσιν τινὰ ἰδίαν παρεχόμενος τοιάνδε.*

[42]) Cum Spirone codicum numerum singularem restituo, v. VIII 37, 1

σκευάσατο ἀνὴρ Δελφός, ὄνομα δὲ αὐτῷ Πτερᾶν εἶναι· κατὰ τοῦτο οὖν γενέσθαι καὶ τῷ ναῷ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ οἰκοδομήσαντος, neque e forma verborum *ναοὶ θεῶν κατὰ τοῦτο μεγάλοι* colligi posset, utrum auctor 'secundum h. m.' an 'ad ('im verh. z.') h. m.' vellet. Deinde demonstravit A. Rueger Die Präpositionen bei Pausanias (diss. Erlang. 1889) 5 *ἐς* particulam, quae etiam apud Polybium secundum frequentiae locum habet, primum apud Pausaniam usque adeo occupavisse, ut ex omnibus longe creberrima sit. *Κατά, πρὸς* praepositiones, quae illic omnes superant, hic tertium tantum locum obtinent; quem *παρὰ* quoque apud utrumque possidet, sed in Periegesi recessit attingitque quartum, id est ultimum gradum frequentiae.[43]) Tum velim conferas Kuehner-Gerth Gr. Gr. II 1, 471 § 432 c '(*εἰς* c. acc.) überhaupt zur Angabe einer Rücksicht auf einen Gegenstand', ubi et alia exempla proferuntur et hoc Xenophontis, quem ipsum quoque et Thucydidem Pausanias imitatus est,[44]) Oec. 2,4: *εἰς τὸ σὸν σχῆμα καὶ τὴν σὴν δόξαν οὐδ' ὡς ἂν ἱκανά μοι δοκεῖ εἶναί σοι.*[45])

ὁποῖα δὲ ἐς αὐτοὺς ἐπυνθανόμην γενέσθαι, δηλώσω καὶ τοῦτο (sic cdd., Spiro; Hitzig [in ed. quoque] *ταῦτα,* id quod probavit Schubart Jb. f. Ph. 1876, 396; cf. Engeli l. l. 30), *ἣν ἐς τοῦ Φωκικοῦ λόγου τὰ ἔχοντα ἐς Δελφοὺς ἀφικώμεθα.*

[43]) Numeri Ruegeri hi fere sunt:

	apud Pausaniam		apud Polybium	
I	*ἐς*	4100	*κατά*	4300
			πρός	3470
II			*εἰς*	3000
III	*κατά*	945	*παρά*	1460
	πρός	740		
	παρά	730		
IV				

[44]) Pfundtneri et Wernickei e dissertationibus constat eum Herodoti imitatorem esse. Quod etiam in praepositionibus utendis fieri dicit Rueger l. l. 4; sed quantum rursus differat ab illo, ut cognoscas, propono hoc exemplum: Herodotus scripsit IV 39 *λήγει δὲ αὕτη,* sc. *ἡ Ἀραβίη, . . . ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον,* at Pausanias VIII 52, 1 *καὶ ἤδη τὸ μετὰ τοῦτο ἐς ἀνδρῶν ἀγαθῶν φορὰν ἔληξεν ἡ Ἑλλάς.*

[45]) Petersen Rh. M. l. l. confert pro *ἐς τοῦτο* III 17, 6 *ἐς δὲ τὴν πρὸς μεσημβρίαν στοὰν Κοσμητᾶ τε ἐπίκλησιν Διὸς ναὸς καὶ Τυνδάρεω πρὸ αὐτοῦ*

Venimus ad *τρίποδες χαλκοῖ μέν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα· Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ᾽ ᾧ Πραξ. λέγ. φρ. μ.* Saepe adhibuit Pausanias neutrum participiorum genus vel adiectivorum pro substantivis. Etiam cap. 25, 7 *Δημητρίῳ δὲ τῷ Ἀντιγόνου διάφορα μὲν ἦν ἐς τὸν δῆμον ἤδη τῶν Ἀθηναίων*, nam editores[46]) cum Sylburgio contra codices prope congruentes non bene *διαφορὰ* substituisse apparet cl. Thuc. I 56 *εὐθὺς καὶ τάδε ξυνέβη γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις διάφορα ἐς τὸ πολεμεῖν* et eodem VII 55. Ita lingua posteriore commonefimus, unde olim pluralem neutrorum numerum e substantivis femininis exstitisse grammatici recentiores docent[47]): rursus sane periegetae quidem voces *διάφορα* et *εἰργασμένα* paene substantivum generis feminini collectivum adaequant, ut Germanice per eundem sensum collectivum cum ʻreibereiʼ tum pro ʻkunstwerkeʼ etiam melius, opinor, dicere possimus ʻdie dreifüße umschließen sehr bemerkenswerte arbeitʼ, cf. a. 104 et p. 106. Adde II 19, 7 quoque *ἔστι δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ βόθρος πεποιημένα ἐν τύπῳ ταύρου μάχην ἔχων καὶ λύκου, σὺν δὲ αὐτοῖς παρθένον ἀφιεῖσαν πέτραν ἐπὶ τὸν ταῦρον* et I 24, 7 *ἔστι δὲ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπειργασμένα Πανδώρας γένεσις,* ubi pessimus Vindobonensis 23 *ἐπειργασμένη* conicere coepit.[48]) — Illam *γὰρ* particulam post … *εἰργασμένα· Σάτυρος* praeter Leidensem, qui etiam *μέν, δὲ* et *περιέχοντες εἰργασμένα* omisit, non praebent Parisinus Mediceique, et eos post alios secutus est

---

μνῆμά ἐστιν, ubi cum Frazero *ἰόντι* post *μεσημβρίαν* inserunt, et VI 24, 5. ʻVon *κατά* unterscheidet sich *ἐς*, indem es die *ναοί*, etwa wie spectare, gegen die Straße, den Platz ihre Front kehren läßt.ʼ

[46]) De Spironis ratione apparatus critici v. eius praef. XIX.

[47]) cf. Brugmann Gr. Gr. 235 § 268, 3.

[48]) VI 8, 2 *ἐς δὲ πύκτην ἄνδρα … οὔ μοι πιστὰ ἦν πέρα γε τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκης ὁπόσα ἄλλα ἀνδρῶν ἀλαζόνων ἐστὶν εἰρημένα* Korais *ὑπ᾽ ἀνδρῶν* voluit. Ibd. 7, 4 legimus *ἐς ὃ τριήρων ἀλοὺς Ἀττικῶν ἀνήχθη ζῶν παρὰ Ἀθηναίους,* Kuhn *ὑπὸ τριήρων,* Spiro ad Dindorfium p. III revocat. Haec satis erunt ad Petersenium impugnandum, cum Rh. M. l. l. quaerat, cur Pausanias formam verbi *εἰργασμένα* pro substantivo *ἔργα* usurpaverit; quodsi genetivum materiae *χαλκοῦ … εἰργασμένα* substituit, nos quidem non habemus, quam ob rem de *χαλκοῖ* librorum manuscriptorum dubitemus. Sane Petersen hoc modo expedire vult, quod de *ναοῖς θεῶν* primum Satyrus aedi sub cortina tripodis superpositus, deinde dii in aede ipsa collocati commemorantur, sed explicatione nostra eius argumentatio tolli videtur.

Gurlitt Über Pausanias 331. Nos nunc, cum sermonem spectamus, copulationem coniunctione causali *γὰρ* optime effici iudicare satis habemus. Hoc quidem certum est vocem *ἐνταῦθα* vel aliquid simile demonstrativum ad enuntiata coniungenda non esse necessarium, memineris iam supra p. 18. Germanice id sic reddiderim: ʽein Satyr ist esʼ. Legimus cap. 22,6 *οἴκημα ἔχον γραφάς· ὁπόσαις δὲ μὴ καθέστηκεν ὁ χρόνος αἴτιος ἀφανέσιν εἶναι, Διομήδης ἦν, ὁ μὲν*..., *ὁ δὲ*..., ʽwie viele (gemälde) die zeit nicht verdunkelt hat, (das) war Diomedes, der eine..., der andere...ʼ, iam, posito pronomine demonstrativo ʽdiejenigen (gemälde), welche... hat, war D.ʼ hoc est idem, quod cap. 20,3 se offert: *γραφαὶ δὲ αὐτόθι Διόνυσός ἐστιν*... Contrarium subsequitur cap. 22,6 *ἐνταῦθα ἐν ταῖς γραφαῖς Ὀρέστης ἐστὶν*..., at rursus § 7 *γραφαὶ δέ εἰσι καὶ ἄλλαι καὶ Ἀλκιβιάδης* et *ἐπὶ δὲ τῶν γραφῶν* ... *ἐστὶ Μουσαῖος* (de quibus verbis plus in loco videbis). Maxime autem adhibeo III 18,7 *τὰ δὲ ἐν Ἀμυκλαῖς θέας ἄξια, ἀνὴρ γὰρ πένταθλός ἐστιν ἐπὶ στήλης ὄνομα Αἴνητος*..., iterum *γὰρ* coniunctionem cum codicibus, quos Spiro siglo L^1 designavit, male omitti censeo[49]): Sentis verba nostra *μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα· Σάτυρος γάρ ἐστιν* penitus respondere; hic ex tripodum statuis unus Satyrus Praxitelis nominatur, illic *λόγῳ* perbrevi: *τούτῳ νικήσαντι Ὀλυμπίασι καὶ ἔτι στεφανουμένῳ γενέσθαι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν λέγουσι·* interposito sequitur *τούτου τε οὖν ἐστιν εἰκὼν καὶ τρίποδες χαλκοῖ, τοὺς δὲ ἀρχαιοτέρους κτλ.*: Pausanias eo pervenit, quo tendere se plurali *τὰ δὲ* ... *θέας ἄξια* significavit, iam de tripodibus Amyclaeis statuas cohibentibus (cf. ifr.) et de solio illo loquitur.[50])

---

[49]) Post *ἄξια* rursus *ἐστὶν* intellego, cf. p. 18; *τὰ δὲ* voce ʽprorsusʼ interpretor, id quod ad caput libri primi 21,2 *τὴν δὲ εἰκόνα* comprobabo.

[50]) IV 14,5 libri exhibent *τιμωρίας δὲ ἃς ὕβριζον ἐς τοὺς Μεσσηνίους, Τυρταίῳ πεποιημένα ἐστίν*, neque iure editores cum Schubarto Walzioque *ἐς* ante *τιμωρίας* inseruerunt. Postponitur pronomen relativum etiam II 11,8 *κεῖται δὲ χαλκοῦς ἀνὴρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου Γρανιανὸς Σικυώνιος, νίκας ἃς ἀνείλετο Ὀλυμπίασι δύο μὲν κτλ.*, ʽaufgestellt ist als bronzemann Gran. aus Sekyon, siege, welche er in Olympia gewannʼ, ubi primus Porson *ὃς νίκας* perperam coniecit. I 28,11 legimus *τάδε μὲν οὖν εἰρήσθω μοι τῶνδε ἕνεκα, γνῶναι ὁπόσοις μέτεστι σπουδῆς ἐς τὰ δικαστήρια· τοῦ δὲ Ἀρείου πάγου κτἑ.*, Spiro in apparatu critico interrogat, num *ὁπόσοις γνῶναι* scribendum

Λόγος noster, qui de Phryna narratur, in codicibus sic incipit [51]): *καί ποτε Φρύνης αἰτούσης ὅ τι οἱ κάλλιστον εἴη τῶν ἔργων, ὁμολογεῖν μέν φασιν, οἱ δ' ἐραστὴν διδόναι μέν, κατειπεῖν δ' οὐκ ἐθέλειν ὅ τι κάλλιστον αὐτῷ οἱ φαίνοιτο,* deterrimi libri omiserunt *μὲν* post *διδόναι,* item Schubart, Hitzig Bluemnerque, Spiro, qui antea pro *οἱ δ'* coniecturam Bekkeri *οἷα* probaverunt. Nonne fieri potest, ut illo *μὲν* recepto *οἷ δ'* legatur? Habemus enim '. . . concessisse sane eum ferunt, sed ei, cum amator esset, dare quidem voluisse, nec vero profiteri, quid pulcherrimum ipsi sibi videretur'. Praxiteles igitur postquam assensit, promisso cunctatus demum staturus est, cum nolit optimum opus suum profiteri. Eundem quidem sensum contextus ab illis acceptus exhibet. Sed hoc modo primum verba amatoris amicae desiderio obsequi nolentis, cum id plane repudiare non audeat, responsio cunctantis minus fiunt. Deinde duabus opus est coniecturis. Neque vero forma a nobis probata repugnat. *Αὐτὸν* ad *ὁμολογεῖν μέν φασιν* scriptum non est; rem similem habemus VIII 49,2 *διδασκάλοις δὲ ὁμιλῆσαι τὸν Φιλοποίμενα καὶ ἄλλοις καὶ Μεγαλοφάνει τε καὶ Ἐκδήλῳ λέγουσι· τοῦ δὲ Ἀρκεσιλάου φασὶν εἶναι Πιταναίου μαθητάς.* Pro *τοῦ δὲ* iam codices illi Parisinus 1399 et Vindobonensis 51, quos Spiro siglo L² comprehendit, *τοὺς δὲ* coniecerunt. Remini-

---

sit, ⟨*τὰ*⟩ ante *ἐς* a Kuhnio ortum est, sed Pausanias infinitivum *γνῶναι* non tam obiectum quam subiectum esse voluit, ita ut idem quod substantivum scientia sit. Proinde vertamus 'scientia quibus curae est de iudiciis', sensus Germanice hic fere est: 'dies will ich für die gebildeten gesagt haben, die anteil an den gerichtshöfen nehmen'; fortasse autem coniciendum est *μετὰ σπουδῆς,* nam copula, ut saepius, re vera intellegenda tantum (cf. p. 18) ab imperito quodam inseri facile potuit, suspicor equidem idem VI 21,2 *τὸ δὲ ἐξ ἀρχῆς καὶ τρόπαιον κατὰ Ἀρκάδων ἐπὶ τῇ κρηπῖδι εἱστήκει. καὶ ἄλλος ἐλάσσων περίβολος ἐν ἀριστερᾷ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον, καὶ αἱ παλαῖστραι τοῖς ἀθληταῖς εἰσιν ἐνταῦθα* (*καὶ ἄλλος δ' ἔστιν* vulgata, *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος* iam altera codicum familia) et VII 25,7 post *λόγον* quendam: *ἐν Κερυνείᾳ δὲ ἱερὸν Εὐμενίδων, ἱδρύσασθαι δὲ αὐτὸ Ὀρέστην λέγουσιν* (iterum *ἱερόν ἐστιν Εὐ* iam P¹L¹, *ἐστιν ἱερὸν* y). Sequitur sane Pausaniam eam notionem, quam imprimis praedicet, ut nostras *τιμωρίας, νίκας, γνῶναι,* audacter interdum in primo loco collocare, alia eiusmodi alibi afferam.

51) *Καὶ* particula *λόγος* adiungitur VIII 24,10 *τοῦ Φηγέως δὲ οἱ παῖδες τῷ Ἀπόλλωνι ἀναθεῖναι τῷ ἐν Δελφοῖς λέγονται τὸν ὅρμον. καὶ ἐπὶ τῶν* (non *τούτων* sec. L, cf. a. insequ.) *βασιλευόντων ἐν Φηγίᾳ . . . στρατεῦσαί φασιν κτλ.*

scere, quae modo de verbis *Σάτυρος γάρ ἐστιν* disseruimus, vertes 'vom Arkesilaos aus Pitane sollen es schüler sein'. Eundem usum articuli alibi probabo, cf. iam a. 151. Deinde duplex *μὲν* — *δὲ* non obstat videlicet, conferas enim, ne plus memorem, cap. 41,4 tantum *ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι λέγουσιν· ἐγὼ δὲ γράφειν μὲν ἐθέλω Μεγαρεῦσιν ὁμολογοῦντα, οὐκ ἔχω δὲ ὅπως εὕρωμαι πάντα σφίσιν, ἀλλὰ ἀποθανεῖν μὲν λέοντα ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὑπὸ Ἀλκάθου πείθομαι, Μεγαρέως δὲ Τίμαλκον παῖδα τίς μὲν ἐς Ἄφιδναν ἐλθεῖν μετὰ τῶν Διοσκούρων ἔγραψε; πῶς δ' ἂν ἀφικόμενος ἀναιρεθῆναι νομίζοιτο ὑπὸ Θησέως . . .* Praeterea *ἐραστὴν* (*ὄντα*) intellegendum est, ut X 15,1 *Φρύνης δὲ εἰκόνα ἐπίχρυσον Πραξιτέλης μὲν εἰργάσατο ἐραστὴς καὶ οὗτος, ἀνάθημα δὲ αὐτῆς Φρύνης ἐστὶν ἡ εἰκών* et in nostro libro cap. 22,6 *Ὁμήρῳ δὲ εὖ μὲν παρείθη τόδε ὠμὸν οὕτως ἔργον* sc. *ὄν*, vide infra. Pro *οἱ* substitui *οἵ*.[52])

Restat, ut de ultima comprehensione *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δ' ἑστη-*

---

[52]) Sane Geffcken praeceptor meus *οἷα* etiam facile coniectum comprobat. — Rursus cap. 10,3 sq. lacuna non admissa Facium pro *οἱ* recte *οἵ* scripsisse puto, ipse autem sic distinguo: *ἤδη δὲ ἔγραψαν καὶ ὡς Ἀγαθοκλέους ἀφίκοιτο ἐς ἔρωτα ἡ Ἀρσινόη, ἀποτυγχάνουσα δὲ ἐπὶ τῷ βουλεῦσαι λέγουσιν Ἀγαθοκλεῖ θάνατον . . . ὡς γὰρ δὴ τότε ὁ Λυσίμαχος ἀνελεῖν τὸν Ἀγαθοκλέα Ἀρσινόῃ παρῆκε, Λυσάνδρα παρὰ Σέλευκον ἐκδιδράσκει, τούς τε παῖδας ἅμα ἀγομένη καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς αὐτῆς, οἵ, περιελθὸν* (ut *συμβὰν* II 29,2. X 19,10) *τοῦτο, ἐς Πτολεμαῖον* (v. cap. 9,6) *καταφεύγουσι* (respicias tempus praesens *ἐκδιδράσκει, καταφεύγουσι*). Dedi id, quod libri boni praebent. Nonnulli editores secundum Porsonem deleto *λέγουσιν* scribunt *ἐπιβουλεύσαι*, superiores *ἐπιβουλεῦσαι λέγουσιν*; Sylburg coniecit *ἀποτυγχάνουσαν*; articulo *τῷ* lacunam prodi Bekkerum recte dixisse censent Hitzig Bluemnerque, Spiro annotat '*ἔπειτα*?' Sed arbitror *τῷ* pro *τούτῳ* positum esse, exsequar enim alio loco (interim cf. iam a. 116, a. 143, a. 156) articulum, quem vocamus, pro demonstrativo a Pausania usurpari, ita ut nostrum *ἐπὶ τῷ* convertam 'propter hoc'; pro nominativo cum infinitivo... *ἀφίκοιτο ἡ Ἀρσινόη, ἀποτυγχάνουσα δὲ ἐπὶ τῷ βουλ. λέγουσιν Ἀ. θ.* per anacoluthiam (cf. a. 155) occurrente adhibeas cap. 39,6 *δωδεκάτῃ δὲ ὕστερον μετὰ Κᾶρα τὸν Φορωνέως γενεᾷ λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς Λέλεγα ἀφικόμενον ἐξ Αἰγύπτου βασιλεῦσαι· καὶ τοὺς ἀνθρώπους κληθῆναι Λέλεγας ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ· Κλήσωνος δὲ τοῦ Λέλεγος γενέσθαι Πύλαν, τοῦ Πύλα Σκίρωνα συνοικῆσαι Πανδίονος θυγατρί, καὶ ὕστερον Νίσῳ τῷ Πανδίονος ἐς ἀμφισβήτησιν ἐλθεῖν περὶ τῆς ἀρχῆς Σκίρωνα καί σφισιν Αἰακὸν δικάσαι κτέ.*, ubi boni codices *Σκίρον* tradunt, *Σκίρωνα* secundum Vindobonensem pessimum editur et praeterea *τοῦ Πύλα ⟨δὲ⟩ Σκίρωνα· ⟨τοῦτον⟩ συνοικῆσαι* cum deterrimis desideratur.

κότα ὁμοῦ καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησεν nonnulla dicam, quibus disserendis ipso cursu disputationis ducti in medias res archaeologicas perveniemus. Quod Hitzig Bluemnerque de *καὶ* coniunctione ante *δίδωσιν* posita ad hunc verborum contextum nos edocuerunt, supra p. 16 iam protuli. Neque illud neglegendum est, quod Pausanias dativo casu coniunctim cum verbo *ἐστὶ* hic usus est, cum in proximo enuntiato videamus scriptum *τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν* (de ordine horum verborum infra loquemur). Nihil autem est, cur cum Facio editore pro *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον* coniciamus *Διονύσου κτλ.*, qua re sensus hunc in modum commutatur, ut statim apud Pausaniam legimus, immo vero tenendum est id, quod omnes libri manuscripti exhibent, hoc est Germanice: '(einem) D. gehört ein Satyrknabe', nam *Διονύσῳ* hic et deus et eius simulacrum (cf. spr. p. 20) significari videtur. Apparet enim antithesi illa *Φρύνη μὲν . . τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται· Διονύσῳ δὲ Σάτυρός ἐστι παῖς* possessores Amoris et Satyri pueri inter se opponi Phrynam et Bacchum: Nonne eum, quem, cum possessor appelletur (vertimus 'gehört') Satyri pueri, hanc aedem etiam alias statuas continentem possedisse dicamus, ipsum quoque, id est eius simulacrum affuisse putabimus? (Bacchum Thymili aliam eiusdem templi imaginem fuisse mox disseremus.) Hitzig Bluemnerque e verbis *δίδωσιν ἔκπωμα* paene pro certo sequi arbitrantur Satyrum cum Baccho[35]) coniunctum porrexisse eidem poculum, neque enim Pausaniam, ut alibi, *φέρει* vel *ἔχει* dixisse. Sane quidem ex oratione eminere censeo Satyrum cum Baccho copulatum fuisse, praesertim cum Satyrus appelletur puer, comparari fortasse potest Praxitelis Mercurius Olympicus Bacchum puerum tenens vel eius patris Cephisodoti Pax ferens Plutum puerum, etsi Satyrum quoque in bracchio fuisse habitum non puto, nam legeremus aliquid tale ut cap. 8, 2 *ἐστὶν . . . Εἰρήνη φέρουσα Πλοῦτον παῖδα* vel IX 16, 2 *Τύχης ἐστὶν ἱερόν· φέρει μὲν δὴ Πλοῦτον παῖδα· . . . . . σοφὸν δὲ οὐχ ἧσσον τὸ Κηφισοδότου· καὶ γὰρ οὗτος τῆς Εἰρήνης τὸ ἄγαλμα Ἀθηναίοις Πλοῦτον ἔχουσαν πεποίηκεν.*

[35]) Thymili scilicet; sed facile posse fieri sentiunt, ut bis binae figurae statuendae sint; cf. infra.

Sed affirmarine licet propter reliquum usum Pausanianum Baccho Satyrum puerum poculum porrexisse, quod quidem simplicissimum in modum verbo *οἱ* post *δίδωσιν* addito vel similiter exprimendum fuit atque II 13, 8 dicitur *ἐστὶν οἴκημα ἐς μνήμην. τοῦτο . . . ἔχει κύλικα ὀρέγοντα Ἡρακλεῖ τὸν Κύαθον*? Satyrus puer igitur non Baccho, immo potius spectatoribus poculum 'dat',[54]) id sit nostrum 'bietet', cum sodalis sodali propinat. Qui fere verborum sensus forsitan suadeatur coniecturis Clavieri vel Kayseri consideratis. Neque enim hic, cum *καὶ διδοὺς οἱ ἔκπωμα,* neque ille, cum *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ πλησίον Σάτυρος ἔτι παῖς δίδωσιν ἔκπ.* scripsit, aliud quicquam videtur egisse, nisi ut Pausaniam id, quod ipsi desiderant, exprimentem facerent; ex codicibus igitur, ut sunt, Bacchum esse eum, cui Satyrus puer poculum dat, apparere non putant. Klein l. l. 190 vero Satyri vas flagitare possessorem dicit, quod quidem cuius esset, nemo iam interrogaverit. Sed nonne Clavierum aut Kayserum existimas hoc ipsum quaesivisse? Quid? Satyri nonne adeo pocula habere possunt, ut, quem ad modum ipsis libeat, usurpent? Cur tandem negemus puerum illum, quamvis cum Baccho coniunctum, spectatoribus tamen poculum dedisse? Sic fortasse, ut pro Libero patre stans ad eius corpus a latere se applicaret bracchiumque umero sustineret, nobis autem vas porrigeret? Ita, cum talis maxime gestus sub oculos spectantium caderet, qua re hoc ipsum periegeta praedicaverit, facile intellegeretur. Stephani quidem Pausaniae Satyrum (nam unum tantum significari opinatur, qua de re infra complura erunt exsequenda) eundem ac ministrantem, quem nominant (cf. ifr.), esse contendit, sed Wolters l. l. 85 iam contra dixit illum porrexisse poculum, hunc e cantharo in altum elato in cornu infundere. Repugnat Klein l. l. 188, cum ad puerum lacertae insidiantem revocat, qui, quamquam Martialis telum eius interpellet, *σαυροκτόνος* appelletur. Attamen hoc exemplo res non disceptatur. Aliud enim est nomen vel cognomen statuae alicuius dare, aliud artificia describere. Eiusmodi licentia in profitendis nominibus interdum,[55]) numquam

---

[54]) Verum Geffcken plane adversatur. Opus enim simile quoddam poscit; *οἱ*, cum *Διονύσῳ* antecedat, non desiderat.

[55]) Aliquid simile apud Pausaniam tum quoque occurrere potest, cum fabulam figurarum, non statum ponit, v. Robert Paus. 52 sq.

in periegesi conceditur. Atqui Satyrum ministrantem ante oculos habemus, a Pausania autem descriptionem hic praeberi et eam cum illo discrepantem nemo audebit negare.

Quod quaeritur, utrum Bacchus, Satyrus, Amor copulati fuerint, an et Bacchus Satyrusque et Amor ac Bacchus statuendi sint, illud arbitror clarius Pausaniam verbis ita expressurum fuisse, ut diceret vel *τοῦτον τὸν Διόνυσον καὶ Ἔρωτα* vel *τούτους καὶ Ἔρωτα* vel quam simplicissime, si cum nostro contextu comparamus, *Ἔρωτα δ' ἑστηκότα ὁμοῦ καὶ τ ὸ ν Διόνυσον*, vel alio pacto. Etiamsi tres tantum figurae essent, tamen, quamquam duas arctius coniunctas esse habendas censeo, unamquamque Thymilo soli, id quod Hitzig Bluemnerque volunt, attribuere dubitarem. Sed, quod modo dixi, secundum periegetae verba, ut sunt, bis binas figuras agnosco, ex quibus alterarum artifex non nominatur, cum alteras Thymilus fecerit; videas in subsequentis paragraphi initio *δύο . . . Διόνυσοι, ὅ τ ε Ἐλευθερεὺς κ α ὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν . . .* Neglegendum in hac re non erit, quod Amor et Bacchus unius Thymili ipsi inter se vix arctius coniuncti fuerunt, contextu verborum quidem id non suadetur. Omnes autem statuas eadem aede cohibitas fuisse voce *ὁμοῦ* [56]) poscitur.

Interest ea conferre, quae Pausanias de Praxitelis Satyro Megarensi profert cap. 43,5: *ᾠκοδόμησε . . τ ῷ Δ ι ο ν ύ σ ῳ τὸ ἱ ε ρ ὸ ν . . καὶ ξ ό α ν ο ν ἀνέθηκεν . . . · Σ ά τ υ ρ ο ς δ ὲ π α ρ έ σ τ η κ ε ν α ὐ τ ῷ Π ρ α ξ ι τ έ λ ο υ ς ἔργον Παρίου λίθου. τοῦτον μὲν δὴ Πατρῷον καλοῦσιν· ἕ τ ε ρ ο ν δὲ Δ ι ό ν υ σ ο ν . . . ἀναθεῖναι λέγουσι.* Vides hic quoque duo Bacchi signa. Neque prorsus dissimilem esse rem putaverim cap. 44, 2, sic enim verba codicum secutus distinguo: *. . . Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστιν . . . Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται θέας ἄξιος καὶ Ἄρτεμις καὶ Λητώ· καὶ ἄλλα ἀγάλματά ἐστι, Πραξιτέλους ποιήσαντος, Λητὼ καὶ οἱ παῖδες.* Ita habemus 20, 2 Bacchum Satyrumque puerum, Amorem et alterum Bacchum Thymilus fecit; 44, 2 Apollinem ac Dianam et Latonam, 'a l t e r a q u o q u e simulacra sunt, Praxitele auctore, Latona eiusque liberi'. Iam nemo, opinor, invenietur, qui secundum Hitzigium Bluemnerum-

---

56) De cuius usu alibi potero agere. Petersen quidem Rh. M. l. l. duo hic quam unum templum mavult.

que lacunam ante *Πραξιτέλους* statuendam vel cum Siebelisio verba *Λητὼ καὶ οἱ παῖδες* eicienda esse arbitretur.

Interpretationem nostram cum rebus convenire coniectura illa Faci, quam p. 29 commemoravimus, rursus conferenda bene illustratur. Secundum enim hanc Pausanias sine dubio Bacchum, etsi clarius fortasse aedis possessorem, attamen prorsus non ipsum adesse testaretur, tres igitur tantum statuas haberemus. Quodsi nobis quidem non esse arbitramur, quam ob rem a codicibus decedamus, Bacchum cum aedem possedisse tum eius Satyrique pueri statuas inter se copulatas fuisse tenebimus quattuorque omnino, non tres figuras ponemus. Haec iam repugnant Furtwaengleri opinioni Meisterw. 535 a. 1 et Bienkowski illam sequentis Rev. arch. 1895 I 285, qui fieri posse putant, ut Praxiteles in Libero patre, Ebrietate, Satyro, qui occurrunt apud Plinium (eius contextum iam referam), eundem Satyrum repetiverit, quem antea cum Amore Bacchoque Thymili copulatum fecisset; alia et statim et in fine huius de Tripodibus disputationis accedent. Lolling Hellen. Landeskunde u. Topogr. 326 a. 2, cum Bacchum, Amorem, Satyrum (quos unum opus Thymili esse iudicat), ut Satyrum Praxitelis, intra tripodem positum fuisse censuit, ab omni nostra explicatione dissentit.

Satyrus puer igitur a Thymilo factus non est, haud magis tamen attribui potest Praxiteli. Quod fierine liceret, Overbeck Die antik. Schriftquellen zur Gesch. d. bild. Künste b. d. Gr. p. 236 n. 1224, Plastik II 40 recte dubitavit. Hitzig Bluemnerque de hac re nihil dici posse putant. Sed cum — ut vidimus ex Pausaniae verborum sententia et amplius demonstrabimus — Satyrus ille tripode quodam cohibitus alius ac Satyrus puer fuerit, animadvertendum est non reperiri, ex quo hunc quoque Praxitelem finxisse efficiatur, immo potius non modo haud minus a quovis artifice eum factum esse, verum etiam hoc dicemus, si eidem Praxiteli Satyrum puerum quoque ascribi voluisset, id auctorem pronuntiaturum fuisse.

Haec prius de rebus alterius paragraphi hactenus, iam singulas primae adhibere poterimus. Secundum nostram interpretationem illis tripodibus aedes deorum simulacris non carentes substruebantur, neque magni refert, utrum voce *θεῶν* signa

deorum an deos ipsos significari velimus. Ac nomen *θεῶν*, si magis simulacra quam deos hic dici interpretamur, ne hac quidem de causa supervacaneum est additamentum, quia *ναοὶ* non semper imagines, sed interdum alia sacra continent, videas iterum, quaeso, cap. 31, 4 . . . *Φλυεῦσι δέ εἰσι καὶ Μυρρινουσίοις τοῖς μὲν Ἀπόλλωνος . . . καὶ Ἀρτέμιδος . . . βωμοὶ Διονύσου τε . . . καὶ νυμφῶν Ἰσμηνίδων καὶ Γῆς . . .· ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος . . . ⟨καὶ⟩ Διὸς . . . καὶ . . . Ἀθηνᾶς καὶ Κόρης . . . καὶ Σεμνῶν ὀνομαζομένων θεῶν, τὸ δὲ ἐν Μυρρινοῦντι ξόανόν ἐστι Κολαινίδος*; quoquo autem modo *θεῶν* transferes, propter insequentem comprehensionem *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον κτλ.* ei, qui dispositionis Pausaniae rationem habet, dubitare nequaquam licet, quin hae aedes imagines deorum continuerint. Quisnam Lollingi sententiam, quam p. 32 attulimus, probabit? Apparet illud *ναοὶ θεῶν* iam verbis cum *καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ* contra positis tum subsequentibus *ἐς τοῦτο μεγάλοι* coërceri, ac respecto hic quoque principali illo Pausaniae consilio scribendi, quo notabilissimorum tantum eum rationem habiturum esse scimus, ipsi statuemus non omnia Tripodum templa et simulacris aedium et statuis tripodum[57]) ornata fuisse; quin etiam Lysicratis monumentum neque in ipsa aede neque sub tripode (non iam conservato) ullam figuram habuisse constat: quare efficitur, ut pulcherrimum hoc aedificium, quod unicum viae Tripodum ipsius nobis adest, in numerum earum aedium, ad quas expressa auctoris oratio pertinet, non reponatur. Haud licet igitur dicat quisquam hoc rotundum opus afferens verba *ναοὶ θεῶν* cum monumentis ipsis dissentire, nam non minus repugnant illi *τρίποδες . . . μνήμης . . . ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα.* Ita iure contendere puto Peterseniurn E. Werk d. Panainos 31 aedes deorum angulos rectos praebuisse atque earum speciem sic fortasse fingendam esse, ut in Ara Pacis cognoscitur illa Veliae aedicula penatium, cuius simulacra humiles cancellos superantia intus spectantur. Haec est causa, cur Starki coniecturam *στρογγύλοι* pro *μεγάλοι* (cf. a. 14) minime probem. Sed quanta eiusmodi *ἀναθήματα* in via Tripodum quoque praeter

[57]) Statuas intra pedes sub cortina tripodum collocatas dico.

minores (ut Lysicratis monumentum) sane possint affuisse, intellegas ex Niciae monumento, quod p. 23 iam nominavi, vel ex mensuris earum substructionum, quae hodie exstant,[58]) elucetque tanta templorum ipsorum magnitudine a Wieselero (cf. a. 14) *ναοὶ θεῶν ἐς τὸ ὕψος οὐ μεγάλοι* perperam coniectum esse.

Ne in hac quidem re offendendum est, quod aedi Satyrum puerum continenti tripodem superpositum fuisse proprie non legimus: non magis legimus, quae deorum simulacra ipsa aede, cui Satyrus Praxitelis erat superpositus, cohibita fuerint: et hoc et illud eadem videlicet de causa, quod in utraque re Pausaniae ex sua quidem sententia *γνωριμώτατοι λόγοι* vel *θεωρήματα* defuerunt; nec tamen quisquam dubitare potest, quin et substructiones tripodum *ναοὺς θεῶν* et sub tripodibus ipsis opera arte effecta fuisse dicat sane, etsi significat tantum de re. Ergo opinatio Reischi Griech. Weihgeschenke 122, quae est statuas Satyri poculum habentis, Amoris, Bacchi a Thymilo factas fortasse dona choragi cuiusdam scaenici esse, non potest non hunc in modum confirmari atque corrigi, ut contendamus illam viae Tripodum aedem et Bacchum, cui Satyrus puer esset poculum dans, ab artifice incerto fictum et Amorem una et Bacchum Thymili cohibentem donum choragi cuiusdam fuisse atque exstructam, ut sustineret tripodem, de quo accuratius non doceamur, quia *γνωριμωτάτου* nihil affuerit. Stark quidem l. l. 21 eiusmodi statuas ut Satyrum Praxitelis, cum postea quoque *ἐν τῷ ναῷ* diceretur neque alio consilio eae aedes rotundae exstructae essent ac statuarum continendarum causa, intra illos *ναοὺς* fuisse fingi voluit, sed vix necesse est cum Hitzigio Bluemneroque praedicare verbum *περιέχοντες*, nisi vi commutaveris, ad *ναοὶ* referri non posse.[59])

Tenemus igitur Pausaniam significare statuas tripodibus cohibitas. Tales exstitisse praeter cap. 21, 3, quod infra tractabo, ipse testatur III 18, 8 *ὑπὸ μὲν δὴ τῷ πρώτῳ τρίποδι Ἀφροδίτης*

[58]) Judeich reliquias maxime septentriones versus sitas denuo scrutatus l. l. 273 a. 1 haec profert: 'Erhalten sind 4,52 m an der Lang-, 1,20 m an der südlichen Seite. . . . Der zweite Unterbau wurde 1896 unmittelbar nördlich neben dem Lysikratesdenkmal freigelegt, von ihm ist nur ein Mauerkern 4,40 : 3,30 m übrig . . .'.

[59]) De Peterseni nova hoc faciendi ratione conferas a. 48.

ἄγαλμα ἑστήκει, Ἄρτεμις δὲ ὑπὸ τῷ δευτέρῳ . . ., ὁ τρίτος δέ ἐστιν . . ., ὑπὸ τούτῳ δὲ κτέ., atque easdem IV 14, 2 verbis expressis affert. Plura Reisch PWRE l. l. exsecutus est. Ac de tripodum donis omnino constat hunc morem illo tripode Delphico videlicet respecto inde a saeculo sexto usitatissimum esse coepisse. Sed ex consuetudine quidem praeter Apollinem Baccho tantum tripodes dabantur et huic fere praemiorum loco accepti. Qui Athenis Dionysii erant, in Bacchi fano vel supra theatrum, postea in finitimo Aesculapi, maxime autem in ea via ponebantur, quae inde nominata est. Quod ad tripodum statuas attinet, Victoria una cum tripode Gelonis donum atque eiusdem generis erat Hieronis Delphis. Ibidem ille quoque tripus fuerat, quem *ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα* Byzanti commemoratum a Zosimo II 31 e titulo quodam perperam intellectum esse vix recte iudicavit O. Mueller De tripode Delphico 64, cf. Wieseler Jahrb. f. Philol. 1864, 248. Athenis choragicorum tripodum testis est IG II 3, 1298, eorumque figuras *δισσοῖς ὑπὸ τρίποσιν* positas re vera statuas fuisse contra Benndorfium (Österr. arch. Jahreshefte II 269) suo iure puto contendisse Reischium collato epigrammate quoque Theocriteo, quod est Anth. Pal. VI 339. Nec vero hoc Reischio concedo iis Pausaniae verbis, de quibus disputamus, choragicos tantum dici tripodes. Sane arbitror illud ultimae comprehensionis templum a Dionysio chorago quodam exstructum fuisse, neque aliter de aede Satyrum Praxitelis sustinente videtur censendum esse; sed quamquam dubitandum non erit, quin plurimi huius viae tripodes a choragis et iis Dionysiis collocati sint, tamen vero nihil usquam est, cur hic tripodes et nullos alios nisi Baccho dicatos exstitisse et omnes choragicos fuisse fingere cogamur. Ipse Reisch protulit victoriae belli quoque consequendae causa vel propter reportatam tripodes publice dedicatos esse, Amyclaei illi a Gitiada et Callone facti (Paus. III 18, 7 sq., cf. modo) in alteram partem saeculi sexti cadunt; addebantur duo, postquam ad Aegospotamos anno a. C. 405 victoria parta est.

Viae Tripodum aedificia Reisch ad posteriores demum quarti saeculi annos pertinere putat. Profecto monumentum Lysicratis adhuc servatum anno 334 exstructum est. Hac autem aetate

Praxiteles floruit. Ita tempora aliorum operum viae Tripodum haudquaquam obstant, quominus Praxitelis quoque Satyrus eadem intra tripodem cohibitus fuerit. Etiam traduntur aliae tripodum statuae Praxitelis IG II 3, 1298 (quod nobis iam occurit et statim reperiemus). Ceterum Pausanias Satyrum nostrum statuam tripodis fuisse sine dubio dicit, neque iam ita, credo, res est, ut ille, qui interpretetur periegetam, eius verba, etiamsi nihil plane certi repugnare videatur, cum rebus convenire ipse edocere debeat, sed si quis Pausaniam temptabit, huic, quid in unaquaque re falsum ab eo exponatur, etiam atque etiam demonstrandum erit.

De collocatione tripodum statuarum secundum Reischium neque scriptis neque monumentis satis erudimur. Nam videri (Homolle Mélanges Weil 297) ex basibus repertis non posse cognosci, quem ad modum in donis Gelonis et Hieronis paribus Victoria et tripus coniuncta fuerint. Neque plus ex epigrammate, quod IG II 3, 1298 est, elucet de Victoria et Baccho a Praxitele sub duobus tripodibus collocatis; ut Reisch autem, eum clarissimum illum artificem hosque tripodes fuisse choragicos cum Benndorfio Ztschr. f. österr. Gymn. 1875, 735 et Kleinio l. l. 242 arbitrabimur. Ita etsi certi nihil de hac re ipsa scimus, tamen aliquid simile Otto Kern protulit ex Magnesia ad Maeandrum sita (conferas Ath. Mitt. 1894, 54, ubi imaginem quoque vides; inscr. Magn. 203). Est enim basis marmorea ad similitudinem mensae tripodis effecta, eiusque in fronte est Mercurius, qui appellatur *Τύχων*. Neque vero quisquam, opinor, negabit apud Pausaniam verbo *περιέχοντες* secundum interpretationem, quae quidem est simplicissima, vix dici ab uno latere tripodis statuam inter duo pedes fuisse, sed hoc fingetur figuras sub ipsa fere cortina inter medios tres pedes stetisse.

Apparet ad nostrum Praxitelis Satyrum Athenaeum quoque spectare, cum dicit XIII 591 b *ἐκλογὴν δὲ αὐτῇ* (sc. *τῇ Φρύνῃ*) *τῶν ἀγαλμάτων ἔδωκεν, εἴτε τὸν Ἔρωτα θέλοι λαβεῖν εἴτε τὸν ἐπὶ Τριπόδων Σάτυρον.* Satyrum Praxitelis ex marmore Pario factum Pausanias solus commemorat I 43, 5 (cf. p. 31). De alio eiusdem aëneo legimus apud Plinium ed. Detlefsen XXXIV 69 'fecit tamen et ex aere pulcherrima opera: . . . et Liberum patrem. et Ebrietatem nobilemque una Satyrum quem Graeci periboeton

cognominant, . . .'. Haec sunt omnia, quae litteris de Satyris Praxitelis nobis traduntur. Statuae nullius tot exemplaria habemus quot praeclari illius Satyri marmorei, qui requiescens appellatur vulgoque ad Praxitelem refertur. Praeter hunc e monumentis nullus iam Satyrus nisi aëneus is, quem ministrantem nominant, Praxiteli vel eius scholae saltem potest assignari.

E. Q. Visconti Museo Pio Clementino II 218 sqq. periboëton eundem ac requiescentem esse voluerat. Stark l. l., qui in ambabus paragraphis de uno tantum Satyro loqui Pausaniam putaret, huic Plinium adaequare studebat, Amorem pro Ebrietate eum habuisse et perinde ut Bacchum Praxiteli ascripsisse, quos a Thymilo factos fuisse Pausanias recte dixisset. Hunc etiam ministrantem tradidisse, Viscontī igitur opinationem falsam esse, requiescentem ad Praxitelem non pertinere.

Friederichs Praxiteles 12 sqq. Viscontium sequitur Pausaniam duo Satyros significasse ratus, utrumque Praxitelis esse, ac priorem quidem periboëton; quae de altero exsecutus est, hic praeterire possum. Contra eum acerrime pugnavit Stephani Parerga arch. 28; Mélanges gréco-rom. III 363. Primum a Pausania narrari, quo modo Phryna e Praxitele elicuisset, quaenam ipsi opera pulcherrima esse viderentur, et Amorem eam delegisse, non narrari, quid Satyro factum esset; hunc igitur insequentibus verbis dici oportere. Alterum argumentum Stephani ab ultima illa comprehensione *Φρύνη μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται· Διονύσῳ δὲ . . . Σάτυρός ἐστι παῖς* repetivit, Phrynae enim Amoris possessori eleganter nullum nisi Satyri possessorem opponi. Tertium, quo probetur de uno tantum Satyro Pausaniam egisse, hoc habet: in afferendis duabus Thymili statuis una cum Satyro posteriore collocatis non ea re, quod hae figurae una esse dicantur, sed mentione opificis coniunctionem effici; hoc fieri non posse, nisi etiam Satyri auctor expressis verbis significetur, id autem ita solum exsistere, ut hic Satyrus idem qui prior Praxitelis sit.

Argumenta haec firmissima esse censet Klein l. l., neque quicquam Paulum Wolters l. l. contra dixisse, cur opus esset rem iterum tractare. Sed Kleinium minime sequi possum. Ac de primo Stephani argumento mihi quidem Wolters iustam videtur responsionem dedisse, cum diceret, qnid Satyro Praxitelis

factum esset, eum, qui Pausaniam attente legisset, a principio scire: in via Tripodum Athenis est. Potius interrogari posse, quem ad locum Amor pervenisset, necessarium autem ad contextum verborum perspiciendum ne hoc quidem esse. Sane puto in ea quoque re fortasse illos offendisse, quod fabula, quae de Phryna narratur, in nomen non Satyri, ut exspectes, sed Amoris desistit; at elucet Pausaniae maxime interfuisse *λόγον* ludo et ioco plenum proferre, quippe quem non gravi *γὰρ* particula, immo levius annexuerit *καί ποτε Φρύνης αἰτούσης* . . . (Klein hoc quoque non accurate transfert, cum vertit 'Phryne erbat sich nämlich , . .', in tali autem scriptore, qualem Pausanias se praebet, in minima iam neglegentia periculum est, ne falsum de eo sentiamus). Velim etiam conferas p. 18, concedes hic quidem *λόγῳ* omisso neque sensum neque formam omnis descriptionis ipsius ullo modo commutari.

Contra alterum Stephani argumentum Wolters mea sententia rectissime pugnat sic. Pausaniam prorsus negat ita scribere solere, ut elegantiam liceat desiderari, sed eum esse dicit, qui non rebus ipsis enarrandis studuerit, immo potius nihil nisi elocutionem suam respexerit. Atque quam saepe inanem huiusmodi antithesim usurparet, Friederichsium l. l. 13 iam monstravisse. Eius exempla etiamsi recte Stephani reiceret, tamen satis multa alia adesse, quae nostro verborum contextui plane responderent, Wolters suo iure contendit. Nam quamquam ad capp. 13,9. 17,6 non bene revocavit, sane optime affert 20,7 *Ἀθῆναι μὲν οὕτως ὑπὸ τοῦ πολέμου κακωθεῖσαι τοῦ Ῥωμαίων αὖθις Ἀδριανοῦ βασιλεύοντος ἤνθησαν· εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ . . . . . . ποιητῶν.* Plura de hac re in loco leges.

In tertio quoque argumento elegantiorem Stephani, quam oportet, orationem Pausaniae attribuit. Commode Wolters comparat cap. 8,4 *τῆς δὲ τοῦ Δημοσθένους εἰκόνος πλησίον Ἄρεώς ἐστιν ἱερόν, ἔνθα ἀγάλματα δύο μὲν Ἀφροδίτης κεῖται, τὸ δὲ τοῦ Ἄρεως ἐποίησεν Ἀλκαμένης, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν ἀνὴρ Πάριος, ὄνομα δὲ αὐτῷ Λόκρος,* quod secundum illius rationem esset *ἔνθα ἀγάλματα δύο μὲν Ἀφροδίτης κεῖται, Ἄρεως δὲ ἕν, ὃ ἐποίησεν Ἀλκαμένης, καὶ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἔργον Λόκρου.*

Ita puto Stephanium refelli. Eum fugisse dicit Klein hanc discrepantiam, quod Satyrus verbis primis ostendere videretur, quanti illae tripodum statuae essent, ultimis intra aedem quandam staret. Sed hoc facile iam expediri. Lacunam enim et Westermannum l. l. 182, Prellerum ausgew. Aufsätze 115 et Benndorfium Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 26,731 recte indicasse inter .... *εἰργασμένα* et *Σάτυρος γάρ ἐστιν.* Hic clarissima viae Tripodum artificia enumerata fuisse. Certe quidem plura saltem Pausaniam dixisse, quam nos in libris manuscriptis legamus. Quod Klein lacunam *γὰρ* particula, quam nonnulli codices non exhibeant, aegre occultari putat, Wolters 84 bene iam praedicasse mihi videtur hanc librorum differentiam neque ad probandam neque ad redarguendam Stephanī sententiam quicquam proficere. Nam illud *γάρ,* quamvis aptum, tamen minime esse necessarium apparet: asyndeton explicativum exemplis apud Pausaniam non caret, id quod alio loco confirmabo. P. 17 exsecutus sum, quid de copulatione enuntiatorum iudicandum esset. Ex oratione igitur lacunam duci non licet. Sed ne de rebus ipsis quidem aliter sentio neque Kleinium vel Gurlittium l. l., cum *γὰρ* particula omissa postea ...*ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον* ⟨*ὁ*⟩ *Σάτυρός ἐστι παῖς* scribat, sequi possum. Klein ex verbis Pausaniae, ut sint, nihil nisi 'eine Pappelallee von Dreifußtempelchen' intellegit; at re vera satis multa templa hanc viam habuisse, quae non bases modo tripodum fuissent, satis multa artificia, quae non sub tripodibus stetissent. Sed secundum nostram interpretationem, ut vox *θεῶν* obtineatur verbisque insequentibus, id quod dispositio postulet, illustretur, Pausanias aedes et statuas tripodum sustinentes et simulacra ipsas complectentes testificatur. Non omnes aedes adeo ornatas fuisse atque eas, quae proprie nominantur, hinc effici scimus, quod e clarissimis memoria maxime solum digna prolaturus est, quippe quo consilio permotus cum in Satyri Praxitelii aede signum, in posteriore tripodis figuram non protulerit, tum monumenti Lysicratis, quod nostra tanti intersit, ullam habere rationem noluerit. Pausanias igitur satis suo more de via Tripodum dixit. Ergo eo verborum contextu, quem codices praebent, comprobato sequitur, ut illa discrepantia, quam Klein in Stephanio non potest non reprehendere, dilucide demonstretur,

quam non de uno tantum Satyro Pausanias loquatur. Ita omnia optime inter se congruunt.

Wolters hoc quoque argumentum adhibet ut gravissimum, quod cum Stephanio verba *ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον* ad templum viae Tripodum vicinum refert; sed quamvis bene iam praedicaverit illa *μνήμης ἄξια μάλιστα εἰργασμένα* Satyro Praxitelio fabulaque de Phryna narrata commodissime illustrari, attamen totam ambarum paragraphorum continuationem non videtur respexisse, nam verba *ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον κτλ.* antecedentibus *ναοὶ θεῶν κτἑ.* — quae hac quoque de causa tenenda neque coniecturam Roberti *ναοὶ ὅσον* cum Woltersio, Kleinio, aliis probandam esse confirmavimus — respondere itaque dispositione aedem Satyro Praxitelio in ipsa via Tripodum vicinam certe significari supra intelleximus. Etiam Klein Reischio, qui Gr. Weihg. 112, quamquam dispositionis ipse quoque rationem non habet, templum intra Tripodes finitimum dici iam opinatus erat, assentitur. Sed quod contra Woltersium pugnat, cum artificia ne nunc quidem a viis denominari pronuntiat, in quibus non sint, hoc in eum, quippe qui duo discernat Satyros, omnino non cadit. Neque aliter de hac re sentiendum est, quod Wolters secundum Kleinium Pausaniae Satyrum Praxitelium eundem quem *τὸν ἐπὶ Τριπόδων Σάτυρον* Athenaei esse negavit: nomen ab Athenaeo propositum non ad aedem viae Tripodum vicinam, sed ad Tripodes ipsos referendum esse contendit.

Klein denique Stephanium Benndorfiumque maxime secutus bis ternas figuras ponit, quas aëneas fuisse de alteris traditum, de alteris pro certo habendum sit. Praeterea opus esse 'den weltberühmten' (sic enim interpretatur Plini 'periboëton') ad monumentum aliquid referri. Hae Kleini statuae sunt Liber pater, Ebrietas, periboëtos Praxitelii, qui a Plinio, et Satyrus Praxitelius ac Bacchus Amorque Thymili, qui a Pausania commemorentur. Periboëton eundem ac Satyrum Tripodum esse vult. Quod aliae apud Pausaniam figurae, aliae apud Plinium vel potius Heliodorum una cum eo starent, facile fieri potuisse, ut interim pro Libero patre et Ebrietate Praxitelis Thymili Bacchus et Amor substituerentur. E Cnidiae Nicomedisque regis exemplo apparere, quam principes iam *διαδόχων*, qui

appellentur, temporibus opera a Praxitele effecta sibi quaesiverint; ex eodem elucere nobilissimum quodque artificium venale non fuisse. Hoc autem in periboëton, illud in reliquas statuas cadere.

Spectemus verba Plini (quae p. 36 protuli) accuratius. Hitzig Bluemnerque scribunt '(Fecit Praxiteles ex aere) et Liberum patrem Ebrietatemque nobilemque una Satyrum, quem Graeci periboeton cognominant'. Cum codice Bambergensi Overbeck Die antiken Schriftquell. zur Gesch. d. bild. Künste b. d. Gr. 1203 p. 232 praebet 'et Liberum patrem, Ebrietatem nobilemque una sat.' At reliquos libros, qui ante Ebrietatem quoque 'et' particulam exhibent, sequuntur Detlefsen editor et Klein. Idem nos faciemus. Sed quid haec sibi volunt Plini verba? Non tres, immo vero duas tantum figuras inter se copulatas dici puto. Videas enim totam comprehensionem: 'Praxiteles quoque marmore felicior . . . fecit tamen et ex aere pulcherrima opera: Proserpinae raptum item catagusam et Liberum patrem et Ebrietatem *nobilem*que una Satyrum quem Graeci *periboëton* cognominant et signa quae ante Felicitatis aedem fuere Veneremque quae . . . cremata est . . . marmoreae illi suae *per terras inclutae* parem item stephanusam . . .'. Consulto in artificiis enumerandis interpunctiones non adhibui, apparet post Proserpinam sex esse partes disiungendas, unam quamque autem particula copulativa adiungi. Nam legemus 'item . . ., et . . ., et . . . -que una . . ., et . . ., -que . . ., item . . .': bis 'item', ter 'et', praeterea '-que'. 'Et Lib. patr.', 'et Ebriet.' deinceps bene scribitur, cum hi di secundum naturam ipsorum inter se conveniant; iam post Satyrum iterum 'et' habemus. Mera particula 'et' duae figurae non arctius iam coniunguntur. Ne voce 'que' quidem, id quod illo 'Veneremque e. q. s.' probatur, hoc efficitur. Sed cum 'que una' inveniemus, aliter iudicabimus.[60]) Ita Ebrietatem et periboëton inter se copulatos fuisse, at Liberum patrem prorsus separatim neque magis cum

[60]) Compares de usu particularum etiam l. l. 55 'fecit et destringentem se et nudum talo incessentem duosque pueros item nudos talis ludentes . . .', 78 'fecit et quadrigas bigasque, et cliticon eximia forma, et Virtutem et Graeciam, utrasque colossaeas . . .'; 59, 66, 68 bis, 57 quinquies deinceps 'et' legitur.

iis coniunctum stetisse censuerim, quam quod in scribendo auctor commodissime has tres deinceps commemoraverit. Detlefsen autem cum post 'Liberum patrem' virgulam posuerit, idem videtur sensisse.

Hoc quidem Plini quoque verborum contextu sic perspecto ostendi existimo, quam Kleini disputatio similesve opiniones (ut Furtwaengleri, cf. p. 32) recte se habere non possint. De ministrante igitur, qui nominatur, testimonia litteris tradita non magis adsunt quam de requiescente, rursus Satyri et Megarensis et periboëtos et Tripodum in monumentorum numero non reperiuntur. Neque Satyrus Tripodum et periboëtos idem esse possunt, nam ille secundum Pausaniam et Athenaeum solus fuit ac ne hac quidem de causa, quia unus Amori a Phryna parto comparatur, cum alia statua coniunctus putandus est, at hunc cum Ebrietate copulatum fuisse Plinius testificatur.

Iam cum pagina insequente omnia tabula quadam breviter comprehendimus, haec auferimus de Satyris Praxitelis:

Traditur

Satyrus		litteris tantum	factus ex		ab
requiescens	monumentis tantum		marmore	solus	Praxitele
ministrans	monumentis tantum		aere	solus	Praxitele vel eius schola
Megarensis		Paus. I 43,5	marm. Pario	iuxta ligneum Bacchum Patrium ; (ibd. Διόνυσος Δασύλλιος)	Praxitele [Euchenoris donum]
viae Tripodum		Paus. I 20,1 ; Athen. XIII 591 b	(aere)	solus sub tripode aedi superposito	Praxitele
periboētos		Plin. N. H. XXXIV 69	aere	copulatus cum Ebrietate	Praxitele
Liber pater		Plin. N. H. XXXIV 69	aere	solus	Praxitele
Amor, Bacchus		Paus. I 20,2		arctius non coniuncti in eadem Tripodum aede ac subsequentes	Thymilo
Bacchus Satyrusque puer poculum 'dans' spectatoribus (?)		Paus. I 20,2		inter se copulati	ignoto, sed non Praxitele

Cp. 20,3.

Cap. 20,3 lib. I Pausanias dicit intra vetustissimum[61]) Bacchi fanum ad theatrum situm duo templa et Bacchos esse, Eleutherensem et eburneum aureumque ab Alcamene factum. Horum templorum fundamenta reperta esse inter omnes constat. Ea, quae minoris sunt, saeculo sexto a Doerpfeldio attribuuntur. Nihil igitur obstat, quin hoc templum Bacchi Eleutherensis a Pisistrato asciti[62]) sit. Maior aedes fortasse circa annum 420 a Nicia imperatore, certe haud ita multo post exstructa (cf. Judeich l. l. 283) basim, quae Bacchum Alcamenis sustinebat, etiam praebet. Mihi quidem pro superiore videtur restituta esse atque locum Lenaei illius obtinere, quod ʽληνοῦʼ domum Bacchi *λιμναγενοῦς* in Limnis fuisse contenderim[63]) — nisi illa magna ara, quam dicunt, vetus Lenaeum e ligno olim factum exhibet![64]) Iure igitur fanum ad theatrum positum Bacchi vetustissimum a Pausania appellatur. Eleutherensem priore loco affert, quod tunc eius templum, ut modo coniecimus, diu iam alterum aetate superabat.[65]) Accedit, quod consulto scripsit *ὅ τε Ἐλευθερεὺς καὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ· γραφαὶ δὲ αὐτόθι Διόνυσός ἐστιν* . . ., nam, nisi prorsus fallor, cum Bacchum ex ebore auroque factum et pictum Bacchum composuit, efficere voluit, ut subsequens *αὐτόθι* ad aedificium Bacchum Alcamenis continens referretur.[66]) Propterea inter-

[61]) Recte hoc se habere, cum res intra contextum longa sit, appendice disputationi adiecta comprobabo.

[62]) Cf. append.

[63]) V. append.

[64]) Illud, quod Doerpfeld ad arcem in occidentem versam meridiana regione Areopagi effodit et Lenaeum esse vult, ego quidem ʽ*τὸ νῦν καλούμενον Βουκόλιον, πλησίον τοῦ πρυτανείου*ʼ, quod Aristoteles *Πολ. Ἀθ.* 3,5 commemorat, esse puto. Ante Bacchum ipsum forsitan Zagrei sacra *βασιλεὺς* hoc loco procuraverit. Videas de situ prytanei Robert Paus. 111. 315 sqq.

[65]) Perbrevi autem dirutum est, nam Clemens Alex. *Προτρ.* IV 53 iam hoc tradit: *Ἀθήνησι (τὸ πῦρ) τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως κατήρειψε τὸν νεών.*

[66]) Contra Hitzig Bluemnerque: ʽIn welchem der beiden Tempel sich die Gemälde befanden, geht aus den Worten des Pausanias (*αὐτόθι*) nicht mit Bestimmtheit hervorʼ.

punctionem post *χρυσοῦ* non maximam malo. Compositionem notionum praedicandarum paulo infra reperiemus.

Addo de ratione loquendi verba dispositionis principalia huius paragraphi *τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν* in principio enuntiati et in fine collocata esse. Contrarium statim est … *ναοὶ καὶ Διόνυσοι.* Eandem autem traiectionem verborum rursus legimus: *δύο δέ εἰσιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναοὶ καὶ Διόνυσοι.* Neque figura chiasmi hic deest: *τοῦ Διονύσου … ἱερόν· — ναοὶ καὶ Διόνυσοι.* Per incongruentiam quandam *ὅ τε Ἐλευθερεὺς καὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ* dicitur, quo de usu crebro conferas Engeli l. l. 24. *Sed iam apparebit artificia haec omnia* nostra quidem interpretatione *plus esse quam ex libidine auctoris.* Et videbitur sermo Pausaniae, ubi ipsi argumentum scimus, haud ita raro minus mirus. — Quattuor deinceps memorantur tabulae pictae de Bacchi fabulis sumptae: Vulcanus a Baccho in Olympum reducitur, Pentheus punitur, item Lycurgus, Ariadnae dormienti a Theseo relictae appropinquat Bacchus, sed nequaquam simili modo describuntur a Pausania, qui semper varietatem eloquendi adhibere studeat: vide librum ab Engelio conscriptum. Ita coepit *γραφαὶ δὲ αὐτόθι Διόνυσός ἐστιν ἀνάγων Ἥφαιστον ἐς οὐρανόν· λέγεται δὲ …*, sequitur *λόγος,* cuius altera parte id, quod pictum erat, audimus, quo modo Vulcanus a Baccho reductus sit, cum altera eaque priore doceamur, qui factum sit, ut Vulcanus ex Olympo eiceretur. *Λόγος* finitur propositione repetita *Διόνυσος … αὐτὸν ἐς οὐρανὸν ἤγαγε,* ut similem compositionem iam legimus: … *ἐφ᾽ ᾧ Πραξιτέλην λέγεται φρονῆσαι μέγα* (*καί ποτε Φρύνης αἰτούσης — Φρύνη μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται*). *Ἀνήγαγε,* ut illic *ἀνάγων* est, cum Herwerdenio (Mnemos. 15,51) scripserunt Hitzig Bluemnerque, Jahn Michaelisque, Spiro codicum simplex verbum *ἤγαγε* recte restituit, magis enim magisque videbimus Pausaniam, quantumcumque potest, a congruentia verborum abhorrere: nisi rursus, ut infra inveniemus et supra p. 16 nobis occurrit, incongruentiam vitare ei libet, cum alii varietati studeant. Voce *γραφαὶ* plurali numero primo loco posita complures picturae significatae iam erant. Cum hoc plurali *Διόνυσός ἐστιν* tali brevitate quadam coniunctum est, ut *σχῆμα,* quod appellatur *Πινδαρικὸν*

vel *Βοιωτικόν* (cf. Kuehner-Gerth Gr. Synt. I 68), evadat: *γραφαὶ Διόνυσός ἐστιν*. Diversae orationis auctori vel longius hunc in modum dicere licuit: *γραφαὶ δὲ αὐτόθι εἰσὶν τοῦ Διονύσου· ἐστὶ γὰρ Διόνυσος ἀνάγων Ἥφαιστον . . . καὶ Πενθεὺς κτλ.*, vel, si brevius scribere voluisset, aut ordine verborum non mutato *γραφὴ δὲ αὐτόθι Διόνυσός ἐστιν* singulari numero alias tabulas pictas secuturas esse eodem loco antea exprimere non potuit, aut plurali uso *γραφαὶ* pro *ἐστιν* scribere *εἰσὶν* idque transponere necesse fuit: *γραφαὶ δὲ αὐτόθι εἰσὶν Διόνυσος . . . καὶ Πενθεὺς καὶ Λυκοῦργος κτέ.* At Pausanias illa figura adhibita[67]) post . . . *ἐς οὐρανὸν ἤγαγε* pergit *ταῦτά τε δὴ γεγραμμένα εἰσὶ καὶ Πενθεὺς καὶ . . .* Pluralis *εἰσὶ* a Schubarto praef. VII in *ἐστὶ* commutatur, sed compares VIII 31,5 . . . *Δήμητρος καὶ Κόρης ὅσον τε ποδῶν τριῶν εἰσιν ἀγάλματα* cum contrario ibidem *πρὸ μὲν δὴ τῆς ἐσόδου ξόανά ἐστιν ἀρχαῖα.*[68]) Pentheus et Lycurgus quam brevissime commemorantur, accuratius fit picturae quartae descriptio, quae exit in *τῆς Ἀριάδνης τὴν ἁρπαγήν*. Audivimus in paragraphis prima alteraque *πάντα γε ἀφανισθῆναι, Φρύνη μὲν οὕτω τὸν Ἔρωτα αἱρεῖται*. Sonorum similitudini Pausaniam studuisse saepius praedicandum erit, inveniemus enim exempla adeo mira, ut consilium auctoris statuamus necesse sit. Incongruentiam hanc: *λέγεται . . ., ὡς Ἥρα ῥίψαι . . . ὁ δέ οἱ πέμψαι . . ., καὶ τὴν μὲν . . . δεδέσθαι κτλ.* Engeli l. l. 151 commemoravit. Ac pro *τὴν μὲν . . . δεδέσθαι, Ἥφαιστον δὲ θεῶν μὲν τῶν ἄλλων κτλ.* positum est *τὴν μὲν . . . δεδέσθαι, θεῶν δὲ τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὶ τὸν Ἥφαιστον κτλ.* sic, ut antithesis distorta itaque ipsa incongruens appareat. Item pro *θεῶν μὲν τῶν ἄλλων οὐδενὶ τὸν Ἥφαιστον ἐθέλειν πείθεσθαι, Διονύσῳ δὲ* . . . minus congruenter . . .

---

[67]) Exempla alia v. V 17,9 *ἡνιοχοῦντες . . . Πῖσός ἐστιν . . . καὶ Ἀστερίων*, ibd. § 10 *οἱ ἀποτετολμηκότες πυκτεύειν Ἄδμητος καὶ Μόψος ἐστὶν ὁ Ἄμπυκος*. Rursus ibd. 15,7 apparet *εἰσὶν ὄπισθεν τοῦ Ἡραίου Κλαδέου τε τοῦ ποταμοῦ καὶ Ἀρτέμιδος βωμός, ὁ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς Ἀπόλλωνος, τέταρτος δὲ Ἀρτέμιδος . . ., καὶ Ἀπόλλωνος πέμπτος . . .*, ubi vix recte cum Xylandro *βωμοὶ* coniciunt.

[68]) Etiam alios locos contulit Hitzig ad V 21,1 *τὰ μὲν . . . ἀνάκεινται*, atque in commentario II 630 de hac re disputatum est. Conferas Engeli quoque l. l. 104.

Διόνυσος δὲ ... ἤγαγε dicitur, et in priore membro *πείθεσθαι* cum dativo usurpatur, in posteriore *ἐς τοῦτον πιστὰ ἦν*. Etiam II 26,5 *Ἀρεσθάνας δέ — ὄνομα γὰρ τῷ ποιμένι τοῦτο ἦν — ὡς τὸν ἀριθμὸν οὐχ εὕρισκεν ὁμολογοῦντα τῶν αἰγῶν...,* *οὕτω τὸν Ἀρεσθάναν*[69]) ... *εὑρόντα δὲ ἐπιθυμῆσαι τὸν παῖδα ἀνελέσθαι· καὶ ὡς ἐγγὺς ἐγίνετο, ἀστραπὴν εἶδεν ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός, νομίσαντα δὲ εἶναι θεῖόν τι, ὥσπερ ἦν, ἀποτραπέσθαι. ὁ δὲ αὐτίκα ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν ἠγγέλλετο τά τε ἄλλα ὁπόσα βούλοιτο εὑρίσκειν ἐπὶ τοῖς κάμνουσι καὶ ὅτι ἀνίστησι τεθνεῶτας* Porsoni infinitivum *ἰδεῖν* perperam probari puto. III 12,7 *Ταλθυβίου μνῆμα ἀποφαίνουσι· δεικνύουσι δὲ καὶ ... Αἰγιεῖς ... Ταλθυβίου καὶ οὗτοι φάμενοι μνῆμα εἶναι· Ταλθυβίου δὲ τούτου μήνιμα ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν κηρύκων... Λακεδαιμονίοις μὲν ἐπεσήμαινεν ἐς τὸ δημόσιον, ἐν Ἀθήναις δὲ ἰδίᾳ τε καὶ ἐς ἑνὸς οἶκον ἀνδρὸς κατασκῆψαι Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος,* ubi idem Porson *κατέσκηψε* scribere coepit, iam verbum dicendi intellegendum est, quem usum alio loco comprobabo, interim exempla nonnulla infra reperies.

Cp. 20,4—7.

In paragrapho quarta prope fanum Bacchi et theatrum *κατασκεύασμα* appellatur, id est odeum Periclis ab Ariobarzane restitutum (cf. Judeich l. l. 73, 91 fin., 275) ‘exeuntibus e theatro sinistra parte’ (Vitr. V 9,1; Judeich 275 a. 2) ad orientem spectans. Pausanias neque aedifici neque aedificatorum nomina affert, quae lectores docti ex verbis suis coniciant. Haec est Roberti sententia Paus. 32. 203. Ita VIII 34,3 legendum esse arbitror *πρὸς δὲ τῷ χωρίῳ τοῖς Ἄκεσιν ἕτερόν ἐστιν ὀνομαζόμενον, ὅτι Ὀρέστης ἐνταῦθα ἐκείρατο τὴν κόμην, ἐπειδὴ ἐντὸς ἐγένετο ἑαυτοῦ,*[70]) nam

[69]) VIII 51,6 quoque *Φιλοποίμην δέ — ἐβλήθη γὰρ ... τὴν κεφαλὴν... — ζῶντα ἐς Μεσσήνην ἄγουσιν αὐτόν* nominativum *Φιλοποίμην* vulgata contra accusativum reliquorum codicum recte fortasse conservavit.

[70]) Subsequitur § 4 *Πελοποννησίων δὲ οἱ τὰ ἀρχαῖα μνημονεύοντες πρότερα τῷ Ὀρέστῃ τὰ ἐν Ἀρκαδίᾳ γενέσθαι φασὶν ὑπὸ Ἐρινύων τῶν Κλυταιμνήστρας ἢ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὴν κρίσιν, καὶ αὐτῷ κατήγορόν τ' οὐ Τυνδάρεων — περιεῖναι γὰρ οὐκέτι ἐκεῖνον —, Περίλαον δὲ ἐπιστῆναι δίκην καὶ ἐπὶ τῷ αἵματι τῆς μητρὸς αἰτοῦντα ἅτε ἀνεψιὸν τῆς Κλυταιμνήστρας.* Cum vulgata et iis codicibus, qui

nonne Pausanias *Κουρεῖον*, quod iam Amasaeus ante *ὀνομαζόμενον* inserit, ex *ἐκείρατο* intellegi voluit? Alii odeum idcirco haud nominari putaverant, quia auctor nomen odei antea cap. 8,6. 14,1 [71]) satis sibi abhibuisse visus esset. Arbitror hoc quoque simul Pausaniam in animo habuisse; eundem II 11, 1. 2 voces principales arcis et fori, cum antea iam usurpatae essent, consulto vitavisse ipse Robert l. l. 119 praedicat. Quam per circuitum res enuntiare Pausanias soleat, Robert l. l. 202 demonstravit. In hoc numero IX 9,4 sq. posuerim *ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον . . . στρατεύουσιν ἐπὶ τὰς Θήβας οὓς Ἐπιγόνους καλοῦσιν Ἕλληνες . . . τῶν δὲ Θηβαίων οἱ μὲν αὐτίκα ὡς ἡττήθησαν . . . ἐκδιδράσκουσιν, οἱ δὲ ὑπολειφθέντες πολιορκίᾳ παρέστησαν. ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον ταὐτὰ καὶ ἐπὶ Θηβαίοις· τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλλῖνος . . . ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι . . .· ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα.* Editores eos codices, qui sub siglo L^1 sunt, et Vindobonensem illum 23 sequentes pro . . . *ταῦτα καὶ ἐπὶ* . . . reliquorum librorum scribunt . . . *τοῦτον καὶ ἔπη* . . . Praeterea cum Hemsterhuisio *Θηβαΐς* pro *Θηβαίοις* substituunt; hoc quidem certe falsum esse iam inde elucet, quod statim praeter nomen Iliadis non Odyssea sed per circuitionem *τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα* dicitur. Porro capitibus 8,6 ad 9 fin. apparet universum bellum et Septem et Epigonorum significari.

Pausanias, ut *κατασκευάσματος* aedificatio repetita est, formam quoque repetitionis adhibuit *ποιηθῆναι . . . λέγεται· ἐποιήθη δὲ καὶ δεύτερον κτλ.* Traiectione verborum *τῆς σκηνῆς αὐτὸ ἐς μίμησιν τῆς Ξέρξου* animus etiam magis ad formam operis advertitur. Superius aedificium primo Mithridatico bello anno 86

---

siglo L^1 comprehenduntur, scribunt *τὸν Τυνδάρ.*, atque *οὐ* post *κατήγορον* secundum Lugdunensem supplent, sed censeo *τοῦ*, quod libri sub P^1 praebent, in *τ' οὐ* distrahendum esse: habemus *καὶ — τὲ* copulationem, de qua alibi disseram. Post *δίκην* Musurus *καὶ* delere vix recte coepit, en, quod 'et quidem' vertamus alioque loco amplius comprobabimus.

[71]) Pro illo opere, quod Judeich l. l. 312 secundum Doerpfeldium (Ath. Mitt. XVII 1892, 258) nihil aliud nisi Philostrati (vit. soph. 5, 4. 8) Agrippeum esse contendit ('. . . zum „Odeion" ist der Bau wohl jedenfalls erst in der Kaiserzeit geworden . . .').

ab iis, qui arcem defendebant, incensum erat (Judeich l. l. 92 (275)), cum Pausanias ἐνέπρησε Σύλλας Ἀθήνας ἑλών ita narret, ut principalia verba insequentis λόγου inter se composita exsistant. Hic conferas etiam VIII 36, 6 εἴ γε δὴ ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεὼν ... μὴ τῆς ἐπὶ Λαομέδοντα Ἡρακλεῖ στρατείας μετασχόντα, ibd. 51, 8 καὶ[72]) Φιλοποίμενι αἰτίαν θανάτου παρασχόντες ἁλόντες πλὴν Δεινοκράτους ὑπέσχον τιμωρίαν οἱ ἄλλοι, Δεινοκράτης δὲ κτἑ., cap. 35, 5 εἰσὶ δὲ ἐκ Μεγάλης πόλεως καὶ ἐς τὰ χωρία ὁδοὶ τὰ ἐντὸς Ἀρκαδίας ἐς[73]) Μεθύδριον ἑβδομήκοντα στάδιοι καὶ ἑκατόν, τρισὶ δὲ ἀπὸ Μεγάλης πόλεως ἀπωτέρω σταδίοις καὶ δέκα Σκιάς τε καλούμενον χωρίον κτλ. — Causam belli sic fere: Μιθριδάτης ἐβασίλευσε ... Εὔξεινον· οὗτος Ῥωμαίοις ἐπολέμησε· πρόφασις δὲ δι' ἥντινα ἐπολέμησε καὶ ὃν τρόπον κτέ. enarrari exspectaveris, sed Pausanias brevius atque ei, qui haec verba legit, quasi ἐξ ἀπροσδοκήτου scripsit: πρόφασις μὲν δὴ δι' ἥντινα Ῥωμαίοις ἐπολέμησε καὶ ὃν τρόπον κτλ.; de variata oratione Engeli l. l. 142 sq. egit. Saepius Pausanias ita loquitur, ut ab re aberrare videatur. Sic II 22, 9 ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῷ Κυλαράβου Καπανεία[74]) ἐστὶν Ἀθηνᾶ καλουμένη καὶ τάφον Σθενέλου δεικνύουσι, τὸν δὲ αὐτοῦ Κυλαράβου is, a quo locus nomen traxit, ultimus appellatur. Itaque I 42, 1 restituerim ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Μεγαρεῦσιν ἀκρόπολις ἀπὸ Ἀλκάθου τὸ ὄνομα ἔχουσα· ἐς αὐτὴν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἀνιοῦσίν ἐστιν ἐν δεξιᾷ Μεγαρέως μνῆμα, ὃς ... ξύμμαχός σφισιν ἦλθεν ...· δείκνυται δὲ καὶ ἑστία θεῶν Προδρομέων καλουμένων, θῦσαι δέ σφισιν Ἀλκάθουν λέγουσι πρῶτον, ὅτε τῆς οἰκοδομίας τοῦ τείχους ἔμελλεν ἄρχεσθαι. Aedificantem Apollo adiuvat, et quae alia sequuntur de Alcathoo. Hic cum Amasaeo ἐς ταύτην τὴν scribunt. Sed primum αὐτὴν per se probum est sensumque eundem optimum praebet atque cap. 22, 8 κατὰ δὲ τὴν ἔσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν. Tum γὰρ vix repugnat, nam Alcathous deinde princeps est, cum Megarei ex inopinato antea mentionem facere rursus Pausaniae libuerit. Plus eiusmodi infra reperiemus. — Pro codicum Μιθριδ. ἐβασίλευσε Bekker (in ed.)

---

72) Inserunt οἱ cum L¹, sed vertemus 'als urheber gefaßt . . .'

73) Μὲν cum Boeckhio addunt, at v. ifr. ad I 21, 5 pro compositione verborum.

74) Καπανεία legendum esse Robert Paus. 129 a. 1 ostendit.

imperfectum *ἐβασίλευε* maluit, id quod Spiro recepit, sed Pausanias incipit *λόγον*, quo non descripturus, immo vero etiam magis quam in ipsis iam descriptionibus currente sermone narraturus est. Quare aoristum recte scribi puto et interpretor: 'Mithridates rex factus est; cur iam (*δὴ*) bellum gerere coeperit'. Compares[75]) cap. 16,2 *Πτολεμαῖος* (*Κεραυνὸς*) . . . *λαθὼν Σέλευκον κτείνει, διαρπάσαι δὲ ἐπιτρέψας τὰ χρήματα τοῖς βασιλεῦσιν ἐβασίλευσε Μακεδονίας, ἐς ὃ Γαλάταις . . . ἀντιτάξασθαι τολμήσας ἀναιρεῖται*, ubi Siebelis cum Mosquensi imperfectum substituit; infra ad haec verba revertar. — Rursus antithesim videmus *τάδε μὲν τοῖς ἐπίστασθαι τὰ Μιθριδάτου θέλουσι μελέτω· ἐγὼ δὲ ὅσον ἐς τὴν ἅλωσιν τὴν Ἀθηναίων* (sic! cf. Hitzigi ann. et a. 37) *ἔχει δηλώσω*; sunt in binis contrariis *τάδε μὲν* — *ὅσον ἐς τὴν ἅλωσιν τὴν Ἀθηναίων ἔχει* et *τοῖς ἐπίστ. τ. Μιθρ. θέλουσι* — *ἐγὼ δὲ . . . δηλώσω* particulae *μὲν* — *δὲ* semel tantum adhibitae, de chiasmo in talibus exemplis exstante Robert Paus. 214 agit. Repetitio quaedam est *οὗτος ἀνέπεισεν Ἀθηναίους . . . ἀνέπεισε δὲ οὐ πάντας*, et anadiplosis in verbis subsequentibus *ἀλλ' ὅσον δῆμος ἦν καὶ δήμου τὸ ταραχῶδες*. Huic *ἀνέπεισε* ineuntis comprehensionis in fine contrarium est *ἐθελονταί*. — In enuntiatione subsequente traditum est *φεύγοντες Ἀριστίωνα*, in codice Lugdunensi 16 K *α* super *ε*, editores *φεύγοντας* scripserunt; in versibus insequentibus libri vel *ἐπεκδραμόντες* exhibent vel *ἐπεκδραμόντας*, Parisinus 1399 *ἐπεκδραμόντα ες, ἐς* expuncto, et propter praecedentem vocem *ὃν* iure *ἐπεκδραμόντα* scriptum videtur esse. Ex *-α* facile *-ες* fieri poterat, ut, quantum quidem codicibus suadetur, *φεύγοντα* quoque sit edendum. Hoc si scripserimus, verbum fugiendi minus usitate ad prius tantum membrum *Ἀριστίωνα* referetur, qui sermo ut insolitus auctorem decet; adde, quod infra *καταφυγόντα . . . ἀπέκτεινεν . . . Ἀριστίωνα* cum gradatione quadam (nunc habemus *φευγοντα . . . καταδιώκουσιν*) repetitur atque id in fine nostri *λόγου*, praesertim qui, quatenus verba illa *ἐγὼ δὲ ὅσον ἐς τὴν ἅλωσιν τὴν Ἀθηναίων ἔχει, δηλώσω* subsequens de ipsis Atheniensibus est, et incipiat *ἦν Ἀριστίων Ἀθηναῖος* et desinat . . . *ἐς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν*

---

[75]) Obloquente Geffckenio.

ἀπέκτεινεν ἀποσπάσας Ἀριστίωνα.[76]) Hiatus *φεύγοντα Ἀριστίωνα* non obstat, legimus enim *ἐπεκδραμόντα αὐτόν, καταφυγόντα ἐς; τὸν Ἔρωτα ἐπέλαβε, θαρροῦντα ἐκέλευε, ἁλόντα ὁμολογεῖν, τὰ κάλλιστα ὧν, Ἔρωτα αἱρεῖται, ἑστηκότα ὁμοῦ*; conferri possunt e numero exemplorum, quae Rueger l. l. de hiatu, quantum ad praepositiones pertinet, protulit p. 26 sqq., plura.[77]) *Φεύγοντα* ad *Ἀρχέλαον δὲ καὶ τοὺς βαρβάρους* quoque pertinet, habemus igitur schema quoddam Pindaricum. Conferas exempla ut cap. 11, 2 *ἐς πρόγονον τοῦτον ἀνέβαινε Πύρρος τε . . . καὶ οἱ πατέρες*, II 9, 2 *Λακεδαιμονίοις . . . ἀπέδωκεν Ἀντίγονος καὶ Ἀχαιοὶ πολιτείαν τὴν*

---

[76]) Animadvertendum quoque est in hoc enuntiato complura verba ab eadem littera ordiri syllabasque consonantes exhibere: . . . *καταφυγόντα ἐς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἀπέκτεινεν ἀποσπάσας Ἀριστίωνα*. Addimus e paragrapho quarta *ὅσας ἢ πολέμῳ βιασάμενος πόλεις ἔσχεν ἢ φίλας ἐποιήσατο*.

[77]) Ita nobis codicibus quidem suadetur *κατὰ ἄνδρα* IV 5, 4. 16, 4 (*κατ' ἄνδρα* X 19, 12). *κατὰ ἀξίωμα* IV 4, 3 (*κατ' ἀξίωμα* VII 20, 1. X 20, 5). *κατὰ ἀνδραγαθίαν* IV 21, 11 (*κατ' ἀνδραγαθίαν* IX 5, 3). Interpositione quadam hiatus efficitur *κατὰ ἀνδρὸς ἑνὸς εἶναι μανίαν* IV 16, 4. X 5, 2 Rueger Pausaniam ipsum *κατὰ ἀριστερά* adhibuisse dicit, sed conferas a. 179. *μετὰ ἀνθρώπων* IV 32, 4. VII 17, 8 (*μετ' ἀνθρώπων* IX 27, 7). *μετὰ ἅλωσιν* V 13, 5. Etiam in formulis, quas dicimus, ut *μετὰ ἀνάγκης* X 22, 4. In nominibus propriis et in aliis substantivis hiatus reperitur: *παρὰ Ἀθηναίων* IV 31, 7. VI 8, 2, *παρὰ Ἀθηναίοις* VI 17, 9 (*παρ' Ἀθηναίοις* VIII 2, 1). *παρὰ Ἀγαμέμνονος* IX 38, 8. (*παρ' Ἀγαμέμνονος* VIII 1, 3. X 25, 8). *παρὰ ἀνδρός* III 8, 2 (*παρ' ἄνδρα* II 10, 4). *ἐναντία Ἀντιπάτρου* X 3, 4, *ἐναντία Ἀθηναίων* VI 7, 4; *ἐναντία ἀγωνίσασθαι* VI 4, 7. *ἐναντία ἀγωνισαμένου* VIII 10, 5. *ἅμα ἀνίσχοντι τῷ ἡλίῳ* X 21, 1 (*ἅμ' αὐτοῖς* VII 9, 3). Ruegeri summa est p. 38: 'Der Sinn für Euphonie ist bei Pausanias im Niedergange begriffen und nur in schwachen Resten erhalten'. Licet autem addere haec Georgi Kaibel Stil und Text der *Πολιτεία Ἀθηναίων* des Aristoteles 10: 'Bei der . . . Übersicht ist natürlich vorausgesetzt, . . . daß elisionsfähige Vokale keinen Hiatus bilden: Elisionen, von der Handschrift nur zum geringsten Teile durchgeführt, hat sich Aristoteles in großer Anzahl selbst von betonten Silben (*μαντευτὰ ἱερά*) erlaubt'. Kaibel annotat 'Für Leute, die darauf etwas geben, sei es ausdrücklich gesagt, daß es vollständig gleichgiltig ist, ob *δὲ ὕστερον* oder *δ' ὕστερον* geschrieben wird, ebenso, ob *τῷ ἀνθρώπῳ* oder *τἀνθρώπῳ*', ac de recenti poëtarum Italicorum ratione perscribendi admonet, cum affert 'questa è la prima volta, che mi giunge una voce d'amore a me rivolta', sed apud Pausaniam forsitan *δὲ ὕστ., τῷ ἀνθρ.* quattuor syllabas valeat neque idem pondus habeat quod *δ' ὕστ., τἀνθρ.*, cf. id. quod infra numeris ad IX 16, 6 sqq. adiectis discimus.

πάτριον, IX 37, 7 *τὴν δὲ τῶν Ὀρχομενίων ἔσχεν Ἀσκάλαφος καὶ Ἰάλμενος Ἄρεως εἶναι λεγόμενοι, μητρὸς δὲ Ἀστυόχης ἦσαν*; etiam postposito verbo teneo VIII 51, 6 *Λυκόρτας μὲν δὴ καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἀνέστρεφεν ἤδη τηνικαῦτα ἐς τὴν οἰκείαν, οὔτε ἐργασάμενοι κτλ.* (*ἀνέστρεφον* primus Musurus), IX 33, 1 *τὸ δὲ ὄρος τὸ Τιλφούσιον καὶ ἡ Τιλφοῦσα καλουμένη πηγὴ σταδίους μάλιστα Ἁλιάρτου πεντήκοντα ἀπέχουσα* (*ἀπέχουσι* iam L[1]). De Archelao annotatio fit, qua Magnesia ad Sipylum sita commemoratur, id quod Pausaniam cives suos delectandi causa fecisse arbitror; in proximi capitis paragrapho tertia, ubi Niobam profert, eiusdem speciem Sipyleiam e sua spectatione describere non omisit: '*Μιθριδάτου δὲ στρατηγὸς καὶ οὗτος ἦν*': vocem *καὶ οὗτος* Pausanias saepissime usurpat. Hic autem — ut tale quid alibi quoque reperitur — alius Mithridatis dux antea non profertur; subsequitur quidem Taxilus. Eiusdem mihi loci esse videtur VIII 41, 10 *ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου Κωτιλὼ μὲν ἐπίκλησιν, Ἀφροδίτη δέ ἐστιν ἐν Κωτιλ⟨ί⟩ῳ, καὶ αὕτη τε ναός τε ἦν οὐκ ἔχων ἔτι ὄροφον καὶ ἄγαλμα ἐπεποίητο.* Pro *Κωτίλῳ* librorum Bekker *Κώτιλον μὲν* conicere coepit, Spiro praeterea *χωρίον* ante hoc *Κώτιλον* addit, illud *ἐν Κωτίλῳ* codicum editores probant; deinde *αὐτῇ* secundum Lugdunensem scribunt et *τε* ante *ναός* cum Bekkero delent. Mea autem sententia bis dea ipsa pro sacro eiusdem appellatur, tractat talia Robert Paus. 211 sq.; suspicor *Κωτιλώ* (ut *Βριμώ*, *Ἐνυώ*) et *ἐν Κωτιλ⟨ί⟩ῳ* (pracedunt § 7 *περιέχεται δὲ ἡ Φιγαλία ὄρεσιν, ἐν ἀριστερᾷ μὲν ὑπὸ τοῦ καλουμένου Κωτιλίου, τὸ δὲ ἐς δεξιὰν . . . ὄρος τὸ Ἐλάιον. ἀπέχει δὲ τῆς πόλεως . . . τὸ Κωτίλιον . . . · ἐν δὲ τῷ αὐτῷ*[78]) *χωρίον τέ ἐστι καλούμενον Βᾶσσαι καὶ ὁ ναὸς τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου κτλ.* § 10 *ἔστι δὲ ὕδατος ἐν τῷ ὄρει τῷ Κωτιλίῳ πηγή κτέ.*), confer *κωτίλος* et *κωτιλία*: haec Blanda est Venus in monte Blando, qui nominatur, et eius quoque aedem auctor tecto iam privatam fuisse dicit, *τὲ* particula igitur enuntiata bene coniunguntur; pro verbis *Κωτιλὼ ἐπίκλησιν* compara I 18, 7 *ἔστι δὲ ἀρχαῖα*[79]) · *ἐν*

---

[78]) *Τῷ* non cum Kaysero delendum est, v. paulo infra.

[79]) Distinctionibus post *ἀρχαῖα*, *χαλκοῦς*, *Ῥέας* adhibitis et hac re respecta, quod Pausanias in enumerationibus operum ad membra arctius coniungenda *τὲ — καὶ* particulis, non mero *καὶ* uti videtur (exceptis iis, quae

τῷ περιβόλῳ Ζεὺς χαλκοῦς, καὶ ναὸς Κρόνου καὶ Ῥέας, καὶ τέμενος τὴν ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας, ubi τὴν cum Letronnio delent, Γῆς cum Leakio supplent; alia infra accedent. Nostro καὶ οὗτος negatione adhibita respondet οὐδὲ οὗτος. Hoc, si pauca licet afferam, restituo cap. 33, 7 τάδε μὲν ἐς τοσοῦτον εἰρήσθω· πτερὰ δ' ἔχον οὐδὲ τοῦτο τὸ ἄγαλμα Νεμέσεως οὔτε ἄλλο πεποίηται τῶν ἀρχαίων, ἐπειδὴ δὲ Σμυρναίοις τὰ ἁγιώτατα ξόανα ἔχειν πτερά, οἶδα, ὕστερον — ἐπιφαίνεσθαι γὰρ τὴν θεὸν μάλιστα ἐπὶ τοῖς ἐρᾶν ἐθέλουσιν — ἐπὶ τούτων Νεμέσει πτερὰ ὥσπερ Ἔρωτι ποιοῦσι. Editores inde a Bekkero οὔτε τοῦτο volunt. Neque magis probo, quod cum Schubarto ἐπεὶ μηδὲ, ἔχει secundum Leidensem, οἳ δὲ cum Kaysero, ἐπὶ τῷ ἐρᾶν ἐθ. cum Siebelisio, secundum Vindobonensem ἐπὶ τούτῳ Νεμ. coniciunt. Οἶδα vero, ut alibi quoque, et saepius οἶμαι, 'opinor' Latinorum, quasi interiectum esse censeo; infinitivi ἐπειδὴ . . . ἔχειν, ἐπιφαίνεσθαι γὰρ ex sententia eorum, qui ποιοῦσι, usurpantur; de usu praepositionis ἐπὶ τούτων infra plura videbis. Iam converto 'alas habens ne hoc quidem signum Nemeseos neque aliud factum est priscorum, sed posteaquam Smyrnaeis sanctissima simulacra haberent alas, comperi, deinde — apparere enim deam maxime in amare solentibus — propter haec Nemesi alas velut Amori faciunt'. Animadverteris Pausaniam rursus Asiam suam praedicare; nonne hoc voce οἶδα praecipue illustratur? Adiungo IX 38, 9 sq. ὁμολογεῖ δὲ καὶ ἔπη σφίσιν ἃ ἐποίησε Χερσίας . . . . οὐδὲ τοῦ Χερσίου τῶν ἐπῶν οὐδεμία ἦν ἔτι κατ' ἐμὲ μνήμη, ἀλλὰ καὶ τάδε ἐπηγάγετο ὁ Κάλλιππος κτέ., cum primus Bekker τοῦδε τοῦ Χ. scripserit. Porro legemus X 8, 9 ἔστιν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ

---

copulata intellegi solent, ut Κρόνος καὶ Ῥέα, Μνημοσύνη καὶ Μοῦσαι, Δημήτηρ καὶ Κόρη), ante ναὸς Κρόνου κ. Ῥ. cum Roberto Paus. 113 ἐκτὸς inseramus necesse fortasse non est, conferas, quaeso, cap. 2, 5 ἐνταῦθά ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Παιωνίας, καὶ Διός, καὶ Μνημοσύνης καὶ Μουσῶν, Ἀπόλλων τε ἀνάθημα καὶ ἔργον Εὐβουλίδου, καὶ δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσον Ἄκρατος, cap. 22, 3 ἔστι δὲ καὶ Γῆς Κουροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης (cf. ifr., Robert l. l. 318), II 4, 7 ὑπὲρ τοῦτο (sc. τὸ Ἀνάγκης καὶ Βίας ἱερόν) Μητρὸς θεῶν ναός ἐστι καὶ στήλη καὶ θρόνος, λίθων καὶ αὐτὴ καὶ ὁ θρόνος· ὁ δὲ τῶν Μοιρῶν, καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης οὐ φανερὰ ἔχουσι τὰ ἀγάλματα ante Δήμητρος vix recte ὁ inde a Kaysero inseri putabimus.

τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας, καὶ πιεῖν ἡδύ[80]) et III 13,5 *Πραξίλλη . . . πεποιημένα ἐστὶν ὡς Εὐρώπης εἴη καὶ Κάρνειος καὶ αὐτὸν ἀνεθρέψατο Ἀπόλλων καὶ Λητώ.*[81]) — Sed redeamus ad I 20. Antithesim § 6 subsequentem Pausanias iterum *ἐξ ἀπροσδοκήτου* formavit *Ἀθηναίοις μὲν δὴ πολιορκία καθειστήκει, Ταξίλος δὲ Μιθριδάτου στρατηγὸς ἐτύγχανε μὲν περικαθήμενος Ἐλάτειαν κτλ.* Iam sic *Ἀθηναῖοι* et *Ταξίλος* subito inductus opponuntur, quamquam utrique Mithridatis partium sunt, re vera *Ἀθηναῖοι* et *Ἐλατείας* incolae per antithesim contrarii sunt, membrum *Ταξίλῳ* respondens deest; Pausaniae autem significare intererat Mithridatis amicis obsessionem incidisse, cum Mithridatis dux alios obsideret. Non prorsus ordinaria est altera quoque antithesis *Ταξίλος . . . ἐτύγχανε μὲν περικαθήμενος Ἐλάτειαν . . ., ἀφικομένων δὲ ἀγγέλων ἀναστήσας τὸν στρατὸν ἐς τὴν Ἀττικὴν ἦγεν* pro *ἀνέστησε δὲ ἀφικομένων ἀγγέλων τὸν στρατὸν κτλ.* Nunc demum de Sulla ipso narratur; in initio *λόγου* legeramus . . . *τὸ γὰρ ἀρχαῖον στρατηγὸς Ῥωμαίων ἐνέπρησε Σύλλας Ἀθήνας ἑλών,* quae verba duabus paragraphis intermissis recipiuntur *ἃ πυνθανόμενος ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Ἀθήνας μὲν τοῦ στρατοῦ μέρει πολιορκεῖν ἀφῆκεν, αὐτὸς δὲ Ταξίλῳ τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως ἔχων ἐς Βοιωτοὺς ἀπαντᾷ.* Rursus *μὲν* coniunctio et ad *Ἀθήνας* et ad *τ. στρ. μέρει* referenda est, *δὲ* et ad *Ταξ. ἐς Βοιωτ.* et ad *αὐτός*, Sulla Mithridatis socios parti exercitus sui relinquit, duci eius cum maiore parte obviam se fert. *Τρίτῃ δὲ ὕστερον ἡμέρᾳ τοῖς Ῥωμαίοις ἦλθον ἐπ' ἀμφό-*

---

80) *Καὶ λοῦσθαι καλόν* cum Buttmanno addunt, at 'est aqua Castaliae Musis, sed 'etiam ad bibendum suavis'.

81) Inter *καὶ* et *Κάρνειος* cum Rinckhio *Διὸς ὁ* perperam inferciunt, v. pro 'C. quoque' VII 2,5 *ἀφίκετο δὲ ἐκ Κρήτης ὁ Μίλητος καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς Μίνω τὸν Εὐρώπης φεύγοντες,* cf. VIII 2,4 *Ἀρισταῖος καὶ Βριτόμαρτις ἡ Κρητικὴ καὶ Ἡρακλῆς ὁ Ἀλκμήνης καὶ Ἀμφιάραος ὁ Ὀικλέους, ἐπὶ δὲ αὐτοῖς Πολυδεύκης τε καὶ Κάστωρ* (articulum *ὁ* ante *Ὀικλέους* Engeli l. l. 32 variandi causa delet, sed membra *Ἡρακλῆς ὁ Ἀλκμήνης καὶ Ἀμφιάραος ὁ Ὀικλέους* iam satis esse varia videntur, quod alteri nomen patris, alteri matris annexum est. Robert Paus. 208 ipse quoque articulum conservat. Compares etiam VIII 32,2 *τῷ δὲ Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ καὶ Εἰλειθυίᾳ,* ubi eodem modo et masculinum et femininum nomen articulo carent; I 3,5 *Βουλαίου . . . ξόανον Διὸς καὶ Ἀπόλλων τέχνη Πεισίου καὶ Δῆμος ἔργον Λύσωνος*).

τερα τὰ στρατόπεδα ἄγγελοι, Σύλλᾳ μὲν ὡς Ἀθηναίοις εἴη τεῖχος ἑαλωκός, τοῖς δὲ Ἀθήνας πολιορκήσασι Ταξίλον κεκρατῆσθαι μάχῃ περὶ Χαιρώνειαν', celeritati rerum brevitas nuntiorum respondet, apparet id, quod nostrates 'depeschenstil' dicunt, itaque articulum *τὸ* ante *τεῖχος* consulto ab auctore non adhibitum falso cum Bekkero suppleri ponemus. Omnino saepius Pausanias articulum in quibusdam terminis, quos appellant, technicis omittit. Statim compares IX 9,3 ... *οἱ Θηβαῖοι ... καταφεύγουσιν ἐς τὸ τεῖχος· ἅτε δὲ οὐκ ἐπισταμένων τῶν Πελοποννησίων μάχεσθαι πρὸς τεῖχος, ποιουμένων δὲ θυμῷ μᾶλλον ἢ σὺν ἐπιστήμῃ τὰς προσβολάς κτέ.*, ubi *τὸ τεῖχος* cum codicibus signi L^1 desiderant. Ut exempla, quae complura alibi afferam, ad rem militarem,[82]) sicut nostrum, praecipue attineant, mirum non est.

Nulla iam principalis reliqui *λόγου* comprehensio incipit, sine nomine Sullae, ubi primum appellatum est (... *ἦλθον ἄγγελοι Σύλλᾳ μὲν ὡς ... εἴη ..., τοῖς δὲ ... κεκρατῆσθαι*[83]) ...), quin etiam omnes casus praeter accusativum proferuntur, ut polyptotum habeamus *Σύλλας δὲ ὡς ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐπανῆλθε, κτλ. Σύλλου δὲ οὐκ ἀνιέντος κτλ.· Σύλλᾳ δὲ ὕστερον τούτων ἐνέπεσεν κτέ., Σύλλᾳ δὲ ἔστι κτέ.* Hoc non forte accidisse hinc iam cognoscis, quod genetivus in *-ου* exiens hic solum usurpatur, ordinaria illa forma *Σύλλα* est IX 6, 6. 7, 4. 33, 6 (quem locum paululo infra spectabimus). Nostrae anaphorae respondet epiphora cap. 24, 3 *κράνος ἐστὶν ἐπικείμενος ἀνὴρ Κλεοίτου, καί οἱ τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς ἐνεποίησεν ὁ Κλεοίτας.* Iterum Pausanias hic tantum formam in *-ου* cadentem adhibuit, ut polyptotum magis appareret, ordinarium genetivum praebet V 24, 5 *Ἀριστοκλῆς μαθητής τε καὶ υἱὸς Κλεοίτα* et VI 20, 14 *Κλεοίτα δέ φασιν ὕστερον κτλ.* Athenienses a Sulla vexati Delphos mittunt; '*ἐρομένοις δέ σφισιν, εἰ καταλαμβάνοι τὸ χρεὼν ἤδη καὶ τὰς Ἀθήνας ἐρημωθῆναι, τούτοις ἔχρησεν ἡ Πυθία τὰ ἐς τὸν ἀσκὸν ἔχοντα*'. Sed oraculum ipsum (*ἀσκὸς γὰρ ἐν οἴδμασι ποντοπορεύσῃ*, Plut. Thes. 24) Pausanias consilio non profert lectoribus, quos ea re, quod vocem

---

[82]) Vernacula similia adesse inter omnes constat.

[83]) Vides incongruentiam: a verbis *ἦλθον ἄγγελοι* pendet priore loco enuntiatum cum coniunctione *ὡς* compositum, secundo infinitivus *κεκρατῆσθαι*.

ἐρομένοις iam sufficientem bis confirmat verbis et *σφίσιν* et *τούτοις*, etiam magis audiendi cupidos reddiderit. De figura epanalepseos infra agam. Hic verbis *τούτοις* (Atheniensibus videlicet) *ἔχρησεν ἡ Πυθία τὰ ἐς τὸν ἀσκὸν ἔχοντα·* opponitur (quare distinctio puncti post *ἔχοντα* nimia est) *Σύλλᾳ δέ ὕστερον τούτων ἐνέπεσεν ἡ νόσος, ᾗ καὶ τὸν Σύριον Φερεκύδην ἁλῶναι πυνθάνομαι, Σύλλᾳ δὲ ἔστι μὲν καὶ τὰ ἐς τοὺς πολλοὺς Ἀθηναίων ἀγριώτερα ἢ ὡς ἄνδρα εἰκὸς ἦν ἐργάσασθαι Ῥωμαῖον, ἀλλὰ γὰρ οὐ τὰ αὐτὰ δι' αἰτίαν γενέσθαι οἱ δοκῶ τῆς συμφορᾶς, Ἱκεσίου δὲ μήνιμα, ὅτι καταφυγόντα ἐς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἀπέκτεινεν ἀποσπάσας Ἀριστίωνα.* Post *πυνθάνομαι* et *Ῥωμαῖον*, ut sensus melius eluceat, virgulas pono, interpretor enim 'Sullam eodem morbo quo Pherecydem affectum esse comperio, sed Sullae, quamquam crudelius egit quam hominem decebat Romanum, verumtamen non idem propter causam factum esse puto calamitatis, sed *Ἱκεσίου* iram, quod e. q. s.' Rursus non audimus, qui is morbus fuerit, in nono autem libro legimus (cf. etiam Robert Paus. 202) 33, 6 *Σύλλᾳ δὲ ἔστι μὲν καὶ τὰ ἐς Ἀθηναίους ἀνήμερα καὶ ἤθους ἀλλότρια τοῦ Ῥωμαίω.., ἐοικότα δὲ τούτοις καὶ τὰ ἐς Θηβαίους τε καὶ Ὀρχομενίους· προσεξειργάσατο δὲ καὶ ἐν ταῖς Ἀλαλκομεναῖς, τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα αὐτὸ συλήσας* (Annominatio primae ultimaeque vocis comprehensionis *Σύλλα* — *συλήσας* vix fortuita est). *τοῦτον μὲν τοιαῦτα ἔς τε Ἑλληνίδας πόλεις καὶ θεοὺς τοὺς Ἑλλήνων ἐκμανέντα ἐπέλαβεν ἀχαριστοτάτη νόσος πασῶν· φθειρῶν γὰρ ἤνθησεν, ἥ τε πρότερον εὐτυχία δοκοῦσα ἐς τοιοῦτο περιῆλθεν αὐτῷ τέλος.* Ita Sulla poenam illam nefariorum luit; compares Her. IV 205 *ἡ Φερετίμη . . . ἀπέθανε κακῶς· ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσε, ὡς ἄρα ἀνθρώποισι αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται.* Posteriora verba a Pausania in formam priorum similem redacta esse animadverteris: in libro primo morbum ipsum, in nono Iovis iram non dicit, alterum ex altero suppleri vult, nam quantumcumque temporis inter compositionem utriusque libri interest, certe fieri non potest, ut ipse in tali re librum antea scriptum respicere oblitus sit. Huius rationis de quibusdam rebus significandi tantum, ut legentes doctos ipsorum scientiae commonefaciat, addo varia exempla. Cum comparatione

eandem legimus cap. 2, 5 quoque *Διόνυσον δὲ τοῦτον καλοῦσι Μελπόμενον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ἐφ' ὁποίῳ περ Ἀπόλλωνα Μουσηγέτην*. Ut 'ἔχρησεν . . τὰ ἐς τὸν ἀσκὸν ἔχ.', recte fortasse codices cap. 26, 5 *ἐσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἐκ τοῦ μαντεύματος, καὶ ἥρωος Βούτου, τρίτος δὲ Ἡφαίστου* exhibent, Porson *ἔκ του* coepit scribere. Similiter fieri posse mihi videtur, ut II 24, 7 *τὸν δὲ ἀγῶνα τοῦτον συμβάντα εὕρισκον Ἀθηναίοις ἄρχοντος Πεισιστράτου, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος ἣν Εὐρύβοτος Ἀθηναῖος ἐνίκα στάδιον* itemque V 23, 4 *ταύτας ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι παραστησάμενοι τὸ δεύτερον Εὔβοιαν, ἔτει τρίτῳ τῆς ὀλυμπιάδος ἣν Κρίσων Ἱμεραῖος ἐνίκα στάδιον* probandum sit, cum accuratum anni numerum ante *ὀλυμπιάδος* hic Wesseling, illic Hitzig primi adiecerint. VIII 54, 6 *ἀπωτέρω δὲ ὀλίγον Πανός ἐστιν ἱερόν, ἔνθα Φιλιππίδῃ φανῆναι τὸν Πᾶνα καὶ εἰπεῖν τὰ πρὸς αὐτὸν Ἀθηναῖοί τε καὶ κατὰ ταὐτὰ Τεγεᾶται λέγουσι* auctor nos I 28, 4 (cf. paulo infra) meminisse voluit, *εἰπεῖν ἃ πρὸς* falso cum Schubarto coniciunt. Contra I 44, 9, de quo loco alibi disseram, eum iam aliquid tale quale II 29, 7 sq. in animo habuisse apparet. Respiciendus est quoque usus articuli ut II 20, 6 *καὶ Διός ἐστιν ἐνταῦθα ἱερὸν Σωτῆρος, καὶ παριοῦσιν ἐς τὸ οἴκημα ἐνταῦθα τὸν Ἄδωνιν αἱ γυναῖκες Ἀργείων ὀδύρονται*, nam Sylburgi *παριοῦσίν ἐστιν οἴκ.* perperam accipi censeo; conferas V 26, 1 *Μεσσηνίων δὲ τῶν Δωριέων οἱ Ναύπακτόν ποτε παρὰ Ἀθηναίων λαβόντες ἄγαλμα ἐν Ὀλυμπίᾳ Νίκης ἐπὶ τῷ κίονι ἀνέθεσαν· τοῦτό ἐστιν ἔργον μὲν Μενδαίου Παιωνίου*, ubi Spiro 'ἐπί τῳ?' in app. cr. interrogat. Argumento autem est VIII 48, 4 *ἔστι δὲ καὶ Ἄρεως ἄγαλμα ἐν τῇ Τεγεατῶν ἀγορᾷ· τοῦτο ἐκτετύπωται μὲν ἐπὶ τῇ στήλῃ, Γυναικοθοίναν δὲ ὀνομάζουσιν αὐτόν*, quoniam femininum *τῇ* (quod delent quidem secundum vulgatam) vim pronominis indefiniti non habet.

De nostra compositione verborum *Σύλλᾳ ἔστιν μὲν . . ., ἀλλὰ γὰρ οὐ τὰ αὐτὰ δι' αἰτίαν γενέσθαι οἱ δοκῶ τῆς συμφορᾶς, Ἱκεσίου δὲ μήνιμα κτλ.* — *δὴ αἰτ.* Reiskio auctore opinantur — conferas IV 2, 3 *Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖς . . . λέγουσιν οἱ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον . . . πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία, τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος . . . πεποίηκεν ὁμολογοῦντα,*

Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Σκίῳ μοῖραν[84]) *τῆς Ἐρετρικῆς ἔγραψεν εἶναι Οἰχαλίαν, ἀλλὰ γὰρ οἱ Μεσσήνιοι τά* **τε ἄλλα** *δοκοῦσί μοι μᾶλλον εἰκότα ἐκείνῳ*[85]) *λέγειν* **καὶ** *οὐχ ἥκιστα τῶν ὀστῶν ἕνεκα τῶν Εὐρύτου, ἃ δὴ καὶ ἐν τοῖς ἔπειτά που λόγος*[86]) *ἐπέξεισί μοι.* Ita etiam VIII 20, 1 sqq. arbitror conservandum esse *ὁ δὲ Λάδων ποταμῶν τῶν ἐν Ἑλλάδι ὕδωρ παρέχεται κάλλιστον, ἔχει δὲ καὶ ἄλλως ἐς ἀνθρώπους φήμην Δάφνης* **τε** *εἵνεκα* **καὶ** *τὰ ᾀδόμενα ἐς τὴν Δάφνην. τοῦ λόγου δὲ τοῦ ἐς Δάφνην τὰ μὲν Συρίας*[87]) *τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ Ὀρόντῃ ποταμῷ παρίημι, λέγεται δὲ καὶ ἄλλα τοιάδε ὑπὸ Ἀρκάδων καὶ Ἠλείων. Οἰνομάῳ τῷ δυναστεύσαντι ἐν Πίσῃ Λεύκιππος ἦν υἱός. οὗτος... ἀφίκετο ὡς τὴν Δάφνην, . . . ὡς συνθηρᾶν ἐθέλοι τῇ Δάφνῃ. ...ἐς φιλίαν ἰσχυρὰν ἐπάγεται τὴν Δάφνην. οἱ δὲ τὸν Ἀπόλλωνος ἔρωτα ἐς αὐτὴν ᾄδοντες καὶ τάδε* **ἐπιλέγουσιν**, *Ἀπόλλωνα κτέ.* Ladon igitur 'habet famam et per Daphnam et (habet) ea, quae canuntur de Daphna'. Illud ad Daphnam, Antiochiae suburbium celeberrimo Apollinis Dianaeque luco et templo ornatum, spectat, rursus auctor significatione Syrorum suorum laudi favet; alia narrant Arcades et Elei, haud fortuito audimus epiphoram cum polyptoto . . . *τὴν Δάφνην, . . . τῇ Δάφνῃ, . . . τὴν Δάφνην.* Hoc Apollinis in eam amorem canentes addunt. Spiro quidem crucem ante *τὰ ᾀδόμ.* posuit, Robert Paus. 212 sq. hic quoque varietatem praepositionum vult ac priscam coniecturam *Δάφνης τε ἕνεκα καὶ ⟨διὰ⟩ τὰ ᾀδόμενα ἐς τὴν Δάφνην* comprobat.

---

[84]) *Μοίρᾳ* (L *μοῖρα*) cum Facio scribunt, sed nonne Pausanias sermonem insolitum voluisse putabimus? Ceterum sensus videtur esse, ut alteros eam partem finium Eretricorum, quae Eurytium nominaretur, alterum, Hecataeum dico, Scium illud esse Oechaliam contendisse cognoscamus.

[85]) Sic $P^1 y^2$, *ἐκείνων* edd. cum rell.; nescio an *ἐκείνῳ* probandum sit, nam cum Hecataeus ille Scium Eretricum defendens repudietur, non minus Eretricum Eurytium tuentes reici videri Pausaniae quidem possunt.

[86]) Corruptela *λόγοις* (quam Facius sanavit) adductus L^1 praebet *ἐν τοῖς ἔπειτά μου λόγοις ἐπέξειμι* (om. *μοι*). Articulum *ὁ* a Bekkero principe ante *λόγος* insertum nego necessarium esse: 'inferior narratio (cap. 33, 5) mihi explicabit'.

[87]) Pro *Συρίας* librorum recte *Συρίοις* cum Porsone scribi mihi persuadere non possum, immo orationem variatam *τὰ μὲν Συρίας τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ Ὀρόντῃ . . ., λέγεται δὲ . . . ὑπὸ Ἀρκάδων καὶ Ἠλείων* agnosco.

Post libri primi cap. 20, 7 *ἀλλὰ γὰρ οὐ* Calderini *ταῦτα* scribere coepit. Pausaniae quidem sententia videtur esse: quod Sullam eodem morbo ac Pherecydem affectum esse comperio, non nego idem ei accidisse, sed accidisse nego propter causam calamitatis. Etiam plura intersunt inter *ὁ αὐτός* et ea, ad quae refertur, VII 23, 7 sq., id quod alio demum loco confirmare potero. Animadvertendum autem est apud Pausaniam *ὁ αὐτός* ad *οὗτος* proxime accedere, ita ut saepius quasi promiscue usurpentur; tale quid omnibus linguis progrediente aetate fieri constat. Maximi quidem momenti ea exempla erunt, in quibus immutatio ut *αὐτή: αὕτη* vel *ταῦτα: ταὐτά* fieri vix potuit. Huiusmodi reperimus VIII 41, 7 *ἀπέχει δὲ τῆς πόλεως ἐς τεσσαράκοντα τὸ Κωτίλιον μάλιστα σταδίους· ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χωρίον τέ ἐστι καλούμενον Βᾶσσαι καὶ ὁ ναὸς τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικουρίου.* ubi *τῷ* cum Kaysero delent. Articulo omisso occurrit V 24, 6 *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ζεὺς οὐκ ἔχων πω γένεια, . . . ἀπὸ δὲ τοῦ ἀγάλματος τοῦ εἰρημένου προελθόντι ὀλίγον κατ' εὐθεῖαν ἄγαλμά ἐστι Διὸς οὐκ ἔχων γένεια οὐδὲ αὐτό.* cum Zink *οὐδὲ τοῦτο* voluerit. X 5, 3 *προϊὼν δὲ αὐτόθεν ἐπὶ ὁδὸν ἀφίξῃ καλουμένην Σχιστήν· ἐπὶ αὐτῇ τῇ ὁδῷ τὰ ἐς τὸν φόνον τοῦ πατρὸς Οἰδίποδι εἰργάσθη* Bekker *ἐπὶ ταύτῃ* coniecerat. Plus quidem de hac re alio libello exsequar.

Συμφορά, ut nostro loco libri primi, est calamitas urbis cuiusdam et alibi et VIII 49, 2 *φεύγων μὲν ἐκ Μαντινείας καὶ ἐν Μεγάλῃ πόλει μετοικῶν κατὰ τὴν οἴκοθεν συμφοράν*, ibd. 33, 4 cum contrario *ἐπιδείκνυται δὲ καὶ ἐν τῷδε ἔτι τὴν ἰσχὺν μείζονα καὶ θαύματος πλείονος ἢ κατὰ συμφορὰς καὶ εὐπραγίας πόλεων.* Iuppiter *Ἱκέσιος* cognomine solum significatur. VII 25, 1 *τοῦ Ἱκεσίου μήνιμα* redit. Item habemus *ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ἑρκείου* IV 17, 4, *τὸ τέμενος τοῦ Λυκαίου* ibd. 22, 7, ubi versus ad Iovem spectantes subsequntur. Similia de aliis dis deabusque reperiuntur. Plerumque ambo nomina praecedunt; saepe cognomen spatio intermisso solum repetitur. Per circuitionem quandam legimus V 26, 6 *τὸ Ἀθήνησι τῆς Ἀπτέρου καλούμενον ξόανον*, Minerva et Victoria Olympicae antea appellantur; ibd. 11, 10 habemus *ἐν ἀκροπόλει δὲ τῇ Ἀθηναίων τὴν καλουμένην Παρθένον* ac de eadem X 34, 8 *τῆς καλουμένης ὑπὸ Ἀθηναίων Παρθένου.* I 24, 2 *θύσας . . . ὅτῳ δὴ θεῷ, ὡς δὲ εἰκάσαι τῷ Λαφυστίῳ καλουμένῳ παρὰ Ὀρχομενίοις* Porson ⟨*Διὶ*⟩ *τῷ Λαφ.* voluit.

Cp. 21, 1. 2.

Proxima enuntiatione per formam repetitionis et antitheseos ad caput vicesimum primum traducimur: *Ἀθῆναι μὲν οὕτως ὑπὸ τοῦ πολέμου κακωθεῖσαι τοῦ Ῥωμαίων αὖθις Ἀδριανοῦ βασιλεύοντος ἤνθησαν· εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ κτέ.* Hic *Ἀθῆναι* simillimo nomine *Ἀθηναίοις* repetitur, inter se opponuntur res tota: *Ἀθῆναι μὲν* et pars rei: (*εἰσὶ*) *δὲ Ἀθηναίοις . . . ἐν τῷ θεάτρῳ*, ut scribitur pro hoc fere: *ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τῷ Ἀθηναίων* . . . Similiter VI 25, 4, qui locus alibi tractabitur, *ὡς καὶ Ἠλείοις τὸ ἱερόν· ἐν στοᾷ δὲ τοῦ ἱεροῦ κτλ.* per formam collectionis et propositionis toti rei partem opponi arbitror. Cum *μὲν* — *δὲ* habemus[88]) ibd. 24, 5/6 *ἔστι δὲ*

[88]) Conferas etiam VIII 35, 1 *αὕτη μὲν ἐπὶ Μεσσήνην, ἑτέρα δὲ ἐκ Μεγάλης πόλεως ἐπὶ Καρνάσιον ἄγει τὸ Μεσσηνίων.* Post *ἑτέρα δὲ* cum Spirone demum iure *ὁδὸς* ab Hitzigio Bluemneroque desiderari (cf. Robert Paus. 247 sq.) negaverim, comparo ibd. § 7, cap. 54, 5, maxime II 32, 7. Alteram viam non priore loco dictam ad Arcadica ante Eliaca scripta pertinere (Robert l. l.; disputandum quidem de illa opinione alio loco erit) mihi non satis probatum est. Quam Pausanias soleat „nach einem selbstgesteckten ziel mit holdem irren hinzuschweifen", („auf besondere weise" Mephistopheles quidem dicet), saepius notavi, velut p. 49. Hic autem imprimis calamitate Megalopolitanorum proposita totum caput 33 exemplis inconstantiae rerum humanarum afferendis consumitur. Proximo capite pergitur *οὕτω μὲν τὰ ἀνθρώπινα πρόσκαιρά τε καὶ οὐδαμῶς ἐστιν ἐχυρά· ἐκ δὲ Μεγάλης πόλεως ἰόντι ἐς Μεσσήνην . . . ἔστιν ἐν ἀριστερᾷ τῆς λεωφόρου θεῶν ἱερόν, καλοῦσι δὲ καὶ αὐτὰς τὰς θεὰς καὶ τὴν χώραν τὴν περὶ τὸ ἱερὸν Μανίας, . . . Ὀρέστην . . . αὐτόθι μανῆναι· οὐ πόρρω δὲ . . . Δακτύλου μνῆμα, ἐνταῦθα . . . Ὀρέστην . . . ἕνα . . . ἀποφαγεῖν δάκτυλον· τούτῳ δέ ἐστιν ἕτερον συνεχὲς χωρίον Ἄκη καλούμενον, ὅτι ἐγένετο ἐν αὐτῷ τῆς νόσου τῷ Ὀρέστῃ τὰ ἰάματα . . . . πρὸς δὲ τῷ χωρίῳ τοῖς Ἄκεσιν ἕτερόν ἐστιν ὀνομαζόμενον ἱερόν, ὅτι Ὀρέστης ἐνταῦθα ἐκείρατο τὴν κόμην, ἐπειδὴ ἐντὸς ἐγένετο αὑτοῦ* (cf. p. 47) *κτέ.* Deinde § 5: *ἐκ Μανιῶν δὲ ὁδὸς ἐπὶ τὸν Ἀλφειόν ἐστιν . . . · κατὰ τοῦτο Γαθεάτας ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Ἀλφειόν, ἐς δὲ τὸν Γαθεάταν πρότερον ἔτι κάτεισιν ὁ Καρνίων.* Gatheatas ex terra Cromitide oritur, de qua et Nymphade paragr. 6 sic finita: . . . *ἐπὶ τὸ Ἑρμαῖον, ἐς ὃ Μεσσηνίοις καὶ Μεγαλοπολίταις εἰσὶν ὅροι· πεποίηνται δὲ αὐτόθι καὶ Ἑρμῆν ἐπὶ στήλῃ.* Iam cap. 35 verba nostra subsequuntur; *καὶ ταύτῃ πρῶτα μέν σε ὁ Ἀλφειὸς ἐκδέξεται κτλ.*, § 2: *Φαιδρίου δὲ ὡς πέντε ἀπέχει καὶ δέκα σταδίους κατὰ Δέσποιναν ὀνομαζόμενον Ἑρμαῖον* (⟨*τὸ*⟩ *κατὰ Δέσπ. ὀνομαζόμενον Ἑρμ.* Spiro, cf. ifr. ad I 22, 5)· *ὅροι Μεσσηνίων πρὸς Μεγαλοπολίτας καὶ οὗτοι, καὶ ἀγάλματα οὐ*

καὶ μνῆμα τῷ Πύρρωνι οὐ πόρρω τοῦ Ἠλείων ἄστεως, Πέτρα μὲν τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα, λέγεται ὡς ἡ Πέτρα δῆμος εἴη τὸ ἀρχαῖον· Ἠλείοις δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς τὰ ἐπιφανέστατα ναός ἐστι καὶ ἄγαλμα Ἀπόλλωνος Ἀκεσίου, cf. a. 33. Perperam igitur duae partes illius comprehensionis ab editoribus incisione post *ἤνθησαν* facta disiunguntur, ac Spiro recte hic videtur egisse. Pausaniam nimirum ne post *ἀποσπάσας Ἀριστίωνα* quidem contextum incidisse per se intellegitur. Sed nos, si incisum efficere volumus, aptius Spironem sequemur. De usu *μὲν — δὲ* particularum, quae nova annectere magis videantur quam esse adversativae, reminiscaris p. 47.[89]) Ipsi *λόγῳ* ad Sullae occupationem Athenarum pertinenti quasi exordium paragraphus quarta praemissa erat, epilogus quidam in formam collectionis redactus, cui nova propositio subsequatur, est illud enuntiatum *Ἀθῆναι μὲν οὕτως ὑπὸ τοῦ πολέμου κακωθεῖσαι τοῦ Ῥωμαίων αὖθις Ἀδριανοῦ βασιλεύοντος ἤνθησαν.* Sic exeunte *λόγῳ* amplissimo imperator Hadrianus Pausaniae aequalis eo, quod contra illam vastationem Athenae nunc florere dicuntur, summa laude effertur. Hoc modo concludere auctoris maxime interfuisse Robert Paus. 32 praedicat. Quam omnino efficaci *λόγων* suorum fini studeat, idem praecipue 21 sqq. copiose explicat.

In capite 21 statim habemus antithesim, chiasmum, incongruentiam: ... *οὐδεὶς ἦν ποιητὴς κωμῳδίας τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων, τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς· λέγεται δὲ Σοφοκλέους τελευτήσαντος κτλ.· τὴν δὲ εἰκόνα τὴν Αἰσχύλου κτλ.· ἔφη δὲ Αἰσχύλος κτἑ.* Contrarium *οὐδεὶς ἦν ποιητὴς κωμῳδίας ... — τραγῳδίας δὲ κεῖνται ...* chiasmi

---

μεγάλα Δεσποίνης τε καὶ Δήμητρος, ἔστι δὲ καὶ Ἑρμοῦ· πεποίηται δὲ καὶ Ἡρακλέους (Schubart Walzque *ἔτι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πεποίηται καὶ Ἡρ.* conicere coeperunt), *δοκεῖ(ν) δέ μοι καὶ τὸ ὑπὸ Δαιδάλου ποιηθὲν τῷ Ἡρακλεῖ ξόανον ἐν μεθορίῳ τῆς Μεσσηνίας καὶ Ἀρκάδων ἐνταῦθα εἱστήκει.* § 3: *ἡ δὲ ἐς Λακεδαίμονα ἐκ Μεγάλης πόλεως ὁδὸς ἐπὶ μὲν κτλ.* Ars traducendi, ut ita dicam, consiliumque contrariorum per se elucebit.

[89]) Ita Robert Paus. 214 dicit: 'Es ist ja bekannt, daß Pausanias mit diesen Partikeln völlig frei schaltet und daß sie bei ihm keineswegs immer eine Antithese einleiten'. Quod de compluribus locis alibi etiam demonstrandum erit.

ordinem praebet, per incongruentiam dicitur *τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων — τῶν φανερῶν, ἣν — κεῖνται* per varietatem et verborum et temporum, quae artificia oculis recitantium non satis ostenduntur, nisi contra Hitzigium Bluemnerumque et Spironem post *ἡκόντων,* id quod Jahn Michaelisque iam fecerunt, virgula interpungimus. Hitzig post *Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς* excidisse putat *καὶ Αἰσχύλος.* Sed Pausaniam, ut est orationis necopinatae amantissimus et ab aequabilitate alienissimus, tertium tragicum postquam non solum non aeque ac reliquos commemoravit, sed ne omnino quidem commemorasse visus est, consulto infra sic protulit, quasi[90]) nihil inter illa verba . . . *Εὐριπίδης καὶ Σοφοκλῆς* et *τὴν δὲ εἰκόνα τὴν Αἰσχύλου* . . . intersit, ut, si ita res se haberet, . . . *Σοφοκλῆς, τὴν δὲ εἰκόνα* . . . virgula ante *τὴν δὲ εἰκόνα* posita, ut modo ante *τραγῳδίας δὲ κεῖνται,* recte scriberemus, variatione enim hic quoque, ne plus duobus membris eadem ratione exprimeret, Pausanias suo more usus esset. Interest autem *λόγος* de Sophocle factus, neque secus postea de Aeschylo *λόγος* additur. Supra iam, cum de eo *λόγῳ,* qui ad Praxitelem Phrynamque pertinet, dissererem p. 18, saepe *λόγοις* periegeseos ipsius cursum haudquaquam mutari contendi eosque sic fere haberi, quasi omnino non adsint. Paene dicam eos proinde quasi cognomina quaedam propter merita virtutesque accepta a Pausania usurpari, quorum vis est, ut ipsa nomina eorum, quibus adduntur, exornentur resque gestas notitia imprimis dignas homines testentur, nec tamen in enumeratione quadam ipsorum nominum ordo mutetur. Sic fere hic quoque Pausanias ordine cursuque descriptionis non mutatis, quos principalibus illis verbis constitui et designari viderimus, ea, quae maxime audiri vult, exornandi illustrandique causa interposuit. Alia exempla iam inveniemus. Similis autem ratio rerum et hominum commemorandorum vel non commemorandorum ac de Aeschylo occurrit cap. 28,4, ubi legendum esse putaverim *καταβᾶσι*

---

[90]) cf. etiam Frazer l. l. II 229 '. . . our author steps to tell parenthetically an anecdote about Sophocles; he then resumes and concludes the list with the mention of the statue of Aeschylus. F. G. Welcker understood the present passage of Pausanias in this sense (Alte Denkmäler I p. 465 sq.). He rightly combats Wieseler's view that in Pausanias's time there was no statue of Aeschylus in the theatre'.

δὲ οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν ἀλλ' ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια πηγή τε ὕδατός ἐστι καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ, Κρεούσῃ δὲ θυγατρὶ Ἐρεχθέως Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι· νομίζουσιν, ὡς πεμφθείη Φιλιππίδης ἐς Λακεδαίμονα ἄγγελος ἀποβεβηκότων Μήδων ἐς τὴν γῆν, ἐπανήκων δὲ Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι φαίη τὴν ἔξοδον, εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς μὴ πρότερον μαχουμένους ἐξιέναι πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι — τὸν δὲ Πᾶνα ὁ Φιλιππίδης ἔλεγε περὶ τὸ ὄρος ἐντυχόντα οἱ τὸ Παρθένιον φάναι τε ὡς εὔνους Ἀθηναίοις εἴη καὶ ὅτι ἐς Μαραθῶνα ἥξει συμμαχήσων· οὗτος μὲν οὖν ὁ θεὸς ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἀγγελίᾳ τετίμηται, καθὸ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος· ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι κτλ. Constat illo loco et Apollinem et Panem cultos esse. Quare Musurus post *σπηλαίῳ* infercire voluit *καὶ Πανός*. Idem ante *ὡς πεμφθείη* inseruit *περὶ δὲ τοῦ Πανός φασιν*, cum codices deterrimi lacunam indicare coeperint. Mea sententia Pausanias consulto primum de Apolline agit adiecto perbrevi *λόγῳ*. Distinctionem non post, sed ante *νομίζουσιν* pono, nam infinitivus *συγγενέσθαι* verbo dicendi non magis indiget quam IX 39,3 *ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ μνῆμά ἐστιν Ἀρκεσιλάου, Λήϊτον δὲ ἀνακομίσαι τοῦ Ἀρκεσιλάου τὰ ὀστᾶ ἐκ Τροίας* vel VIII 43,1 *ἀναιτεῖ δὲ ἡμᾶς . . . ὁ λόγος τό τε Παλλάντιον, εἰ δή τι αὐτόθι ἐστὶν ἐς μνήμην, . . . ᾧ δὴ καὶ γνώμην γενέσθαι καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄριστον . . ., ὄνομα Εὔανδρον . . . εἶναι κτἑ.* vel alia, revoco ad p. 47. Interpunctionem autem adhibeo non maximam, quia statim sine ulla coniunctione a verbo *νομίζουσιν* amplior *λόγος* de Pane oritur ac sic finitur, ut hunc deum propter opem Atheniensibus promissam coli audiamus, habemus igitur illum pergendi modum, quem Robert Paus. 106 et pass. *abrupte anknüpfung* appellavit, hic ita communis amborum locus significatur. Eiusmodi coniectura legentium additamento, quo Panis cultum fieri, *καθὸ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος*, docemur, etiam confirmatur. Cur enim haec verba delenda sint, haud satis intellego, nam repetitio *ἔστι δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος* sermoni auctoris respondet (aliquid tale proponit Robert Paus. 175), nos quoque dicere possumus 'soweit auch der Areshügel;[91]) es gibt aber einen[92]) sogenannten Areshügel,

[91]) Copula deest, conferas p. 18.

[92]) Per me licet etiam 'den', cf. ifr. de X 19,2.

weil . . .'; quis isdem simul hic quidem transitum ab spelunca Apollinis Panisque ad Areopagum potuisse praeberi negabit? De forma *λόγου* respiciendum est similem incongruentiam, ac saepius invenimus, nobis occurrere, reperimus enim *νομίζουσιν, ὡς πεμφθείη Φιλιππίδης . . ., ἐπανήκων δὲ . . . φαίη . . . — τὸν δὲ Πᾶνα ὁ Φιλιππίδης ἔλεγε . . . οἱ . . . φάναι . . .,* 'putant, cum Philippides missus esset — Panem autem Philippides narrabat sibi dixisse', vidisti pro infinitivo rursus per anacoluthiam finitum verbum esse substitutum *ἔλεγε*.[93])

Λόγοι nostri, ad quos revertimur, de Sophocle et de Aeschylo allati sunt *ἀντίθετοι*, cf. Robert Paus. 10. Altero de Sophocle mortuo dicitur, quo modo Lysander, Lacedaemoniorum dux (qui rursus a Pausania non nominatur, ut ipsi nomen coniciamus, cf. Robert Paus. 202) novam Sirenem colere a Baccho iussus sit, altero Aeschylus ipse narrat puerum se Bacchum tragoediam facere iussisse. Communia sunt verba *ἐπιστάντα οἱ Διόνυσον κελεύειν* vel *κελεῦσαι*. Inter se respondent quoque *λέγεται Σοφοκλέους τελευτήσαντος* ineunte superiore *λόγῳ* et *τὴν δὲ εἰκόνα τὴν Αἰσχύλου πολλῷ ὕστερον τῆς τελευτῆς* ante posteriorem. Hoc simul documento sit, ne quis me omnino negare putet ullam rationem iis *λόγοις*, de quibus modo locutus sim, cum reliqua descriptione posse intercedere. In priore *λόγῳ* partes figurae etymologicae (conferas II 12,1 *καὶ δὴ καὶ Μηδείας ὡς λέγουσιν ἐπῳδὰς ἐπᾴδει*, X 5,9 *καλύβης δ' ἂν σχῆμα οὗτός γε ἂν εἴη παρεσχηματισμένος ὁ ναός*) *τιμαῖς τιμᾶν* in finibus enuntiatorum positas videmus, quo magis animum una ad verbum *τεθνεῶσι* eadem ratione collocatum convertant: . . . *Διόνυσον κελεύειν τιμαῖς, ὅσαι καθεστήκασιν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι, τὴν Σειρῆνα τὴν νέαν τιμᾶν*. Sonitum quoque vocum respicias *τιμαῖς, ὅσαι καθεστήκασιν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι, τὴν Σειρῆνα τὴν νέαν τιμᾶν*. Contraria extremis syllabis consonantibus sunt *καί οἱ τὸ ὄναρ . . . ἐφαίνετο ἔχειν, εἰώθασι δὲ καὶ νῦν . . . εἰκάζειν*; quare Spiro contra ceteros post *ἔχειν* melius virgulam pro puncto posuit. Geminatio adhibita

[93]) Plus exemplorum, quibus coniecturam legentium ab auctore postulari censeo, alio loco proferam. Cap. 20 Robert Paus. 209 quoque rationem Hitzigi Aeschylum desiderantis improbat, cum VIII 32,4 conferat et IV 33,4, ubi haud iure cum Sauppio *καὶ Ἄγνης* post *Καρνείου* inseritur.

est ... *Σοφοκλέα καὶ τὴν Σοφοκλέους ποίησιν.* Ante *Σοφοκλέα* omnes editores *ἐς* cum Kuhnio inseruerunt, sed cur fieri non potest, ut Pausanias alia atque exspectaveris oratione et ea sensui, non cogitationi tantum, subiecta usus sit? Cap. 15,1 legimus sermonem nostro non prorsus dissimilem: pro hoc fere: *ἐν ταύτῃ δὲ τῇ στοᾷ πρῶτα μὲν γραφή ἐστιν ἣ ἐς τοὺς Ἀθηναίους ἔχει τεταγμένους κτλ.* sic: *αὕτη δὲ ἡ στοὰ πρῶτα μὲν Ἀθηναίους ἔχει τεταγμένους ἐν Οἰνόῃ τῆς Ἀργείας ἐναντία Λακεδαιμονίων· γέγραπται δὲ οὐκ ἐς ἀκμὴν ... τὸ ἔργον ἤδη προῆκον,* 'haec porticus primum quidem Athenienses praebet collocatos e. q. s.' Addas, quae post nostra verba in paragrapho altera sequuntur: ... *τῆς γραφῆς ἣ τὸ ἔργον ἔχει τὸ Μαραθῶνι* contra cap. 24,5 *ἐς δὲ τὸν ... Παρθενῶνα ... ἐσιοῦσιν ὁπόσα ἐν τοῖς καλουμένοις ἀετοῖς κεῖται, πάντα ἐς τὴν Ἀθηνᾶς ἔχει γένεσιν.* '... et ei somnium Sophoclem et Sophoclis poësim videbatur continere' per breviloquentiam dicitur; cuius similem iam tractavi p. 21 et hoc exemplum repetere liceat: *τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον,* cap. 1,3. Simplex *ἔχει* similiter ac *παρέχεται* (cf. Robert Paus. 188 a. 1), quod saepe Pausanias adhibet, usurpatur. Fabula narratur plenius vit. Soph., cf. El. ed. Jahn Michaelisque 17. — Deinde libri exhibent *εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν,* 'in carminibus', Germanice 'bei, an, in bezug auf'. Editores secundum Musurum *νῦν ἔτι* scripserunt. Contrarius error facilior est, ut ex *ἐπὶ* illa copulatio *καὶ νῦν ἔτι* fiat. Infra ad usum *ἐπὶ* praepositionis Pausanianum, quem supra iam tetigimus, erit revertendum. Enuntiatum extremum prioris *λόγου* cum posterioris primo similitudine et soni et notitiae coniunctum est: *εἰώθασι ... εἰκάζειν· τὴν δὲ εἰκόνα τὴν Αἰσχύλου ...* Tum annominationem habemus et syllabas consonantes *φυλάσσων σταφυλάς, καί οἱ Διόνυσον ἐπιστάντα κελεῦσαι τραγῳδίαν ποιεῖν· ὡς δὲ ἦν ἡμέρα — πείθεσθαι γὰρ ἐθέλειν — ῥᾷστα ἤδη πειρώμενος ποιεῖν* cum figura epiphorae ... *ποιεῖν· ... ποιεῖν.* Saepius iam animos legentium ad congruentes Pausaniae sonos advertere studui, nam minime eos fortuito inveniri mihi quidem persuasum est. Hic velim conferas pro *φυλάσσων σταφυλάς* IX 19,3 *ἀναστρέψαντι δὲ ἐπί τε Τευμησσὸν καὶ ὁδὸν τὴν ἐς Χαλκίδα Χαλκώ-*

δοντος μνῆμά ἐστιν, ὃς ἀπέθανεν ὑπὸ Ἀμφιτρύωνος μάχης πρὸς Θηβαίους Εὐβοεῦσι γενομένης, esse autem Chalcodontem ex Euboea vides. Alia complura nobis occurrent. — Codicum *τὴν δὲ εἰκόνα τὴν Αἰσχύλου πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι τῆς γραφῆς ἢ τὸ ἔργον ἔχει τὸ Μαραθῶνι* viros doctos offendit. Schubart Zs. f. Alt. 1840, 610 voluit *πολλῷ τι* et ⟨*ἐκ*⟩ *τῆς γραφῆς,* atque idem in editione minore cum Wieselero (G. G. A. 1848, 1239) *πολλῷ τι,* sed *τῆς γραφῆς,* ut Welcker quoque Alt. Denkm. I 466 a. 17 legit. Westermann Memoria Ernesti 7 et Kayser Zs. f. Alt. 1848, 502 *πολλῷ τε* tenuerunt et ex Vindobonensi 23 *καὶ* ante *τῆς γραφῆς* receperunt; item Hitzig Bluemnerque et Spiro, cf. Robert XVIII. Hall. Winckelmannsprogr. 1895 p. 25 a. 27, Paus. 209; Jahn Michaelisque *πολλῷ τι* et ⟨*καὶ*⟩ scripserunt. Collocatio quidem *τὲ* particulae vix obstat, cf. a. 100, atque certe post *-ναι* syllabam *καὶ* facile excidere potuit; et sensus evenit optimus: ‘deinde’ vel ‘rursus imaginem Aeschyli et multo post mortem puto factam esse et picturam, quae opus praebet Marathonium’, ‘weiter’ vel ‘andererseits ist als standbild das des Aischylos sowohl lange nach seinem tode, glaube ich, gemacht als auch nach dem Gemälde „Die Marathonschlacht“’. Sane compositio verborum *πολλῷ τε ὕστ. τῆς τελευτῆς . . . καὶ τῆς γραφῆς* per se videtur mira esse. Propono autem hoc. Habemus Euripidem, Sophoclem et quae accidunt, ut Sophocles tempore belli animam efflavit, eius poësis a militibus hostium illustratur. Contra Aeschylus diu mortuus aetate pacis secundum pugnam Marathoniam, ubi bellans pictus erat, fingitur, *ergo haec statua poëtam militem ostendit, et optimam* suorum verborum *explicationem Pausanias ipse* antea cap. 14,5 *reliquit,* cum epigramma illud, in quo mens Aeschyli spirat, sic designaverit: *ἔτι δὲ ἀπωτέρω ναὸς Εὐκλείας, ἀνάθημα καὶ τοῦτο ἀπὸ Μήδων, οἳ τῆς χώρας Σαλαμῖνι ἔσχον. φρονῆσαι δὲ Ἀθηναίους ἐπὶ τῇ νίκῃ ταύτῃ μάλιστα εἰκάζω· καὶ δὴ καὶ Αἰσχύλος, ὥς οἱ τοῦ βίου προσεδοκᾶτο ἡ τελευτή, τῶν μὲν ἄλλων ἐμνημόνευσεν οὐδενός, δόξης ἐς τοῦτο ἥκων ἐπὶ ποιήσει καὶ πρὸ Ἀρτεμισίου καὶ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχήσας· ὁ δὲ τό τε ὄνομα πατρόθεν καὶ τὴν πόλιν ἔγραψε καὶ ὡς τῆς ἀνδρίας μάρτυρας ἔχοι τὸ Μαραθῶνι ἄλσος καὶ Μήδων τοὺς*

ἐς αὐτὸ ἀποβάντας. Nonnulla autem de interpretatione nostra addenda erunt. Quod *τὴν δὲ εἰκόνα* enarravi 'andererseits als standbild', Pausanias articulum, quem appellare consuevimus, adiecta *δὲ* vel *μὲν* coniunctione saepius sic usurpat, ut per adverbium liceat quodammodo vertamus; restat merum *εἰκόνα*; pro *τὴν εἰκόνα τὴν Αἰσχύλου δοκῶ ποιηθῆναι* compares cap. 22,2 *αὐτὴν λέγουσιν . . . τὸ ἔργον γεγενῆσθαι . . . τῆς περόνης,* infra in loco. Ad illum usum articuli iam comprobandum consideremus VIII 17,3 sqq. Contextum, ut sententiarum ordo facilius circumspiciatur, sic describam:

παρέχεται δὲ καὶ θαῦμα τοιόνδε ἡ Κυλλήνη·
κόσσυφοι *γὰρ* ***οἱ ὄρνιθές*** *εἰσιν ἐν αὐτῇ*
(οἱ δὲ ὑπὸ κωμῳδῶν καλούμενοι γένος ἄλλο πού τί εἰσιν
ὀρνίθων, οὐκ ᾠδικόν)·
ἀετοὺς ***μὲν οὖν*** *ὀνομαζομένους κυκνίας*
μάλιστα ἐοικότας κύκνῳ λευκότητα
οἶδα ἐν Σιπύλῳ θεασάμενος περὶ λίμνην καλουμένην Ταντάλου·
ὗς ***δὴ*** *ἀγρίους λευκοὺς*
καὶ ἄρκτους τῶν Θρᾳκίων λευκὰς
ἃ δή που καὶ ἄνδρες ἐκτήσαντο ἰδιῶται,
λαγῴ δὲ καὶ ἔλαφοι
τὸ μὲν Λιβυκὸν θρέμμα οἱ λαγῴ εἰσι λευκοί,
ἐλάφους δὲ ἐν Ῥώμῃ λευκὰς εἶδόν τε καὶ
ἰδὼν θαῦμα ἐποιησάμην,
ὁπόθεν δὲ ἢ τῶν ἠπείρων οὖσαι
ἢ νησιώτιδες ἐκομίσθησαν,
οὐκ ἐπῆλθεν ἐρέσθαι μοι·
τάδε μὲν *ἡμῖν λελέχθω* ***τῶν ἐν Κυλλήνῃ κοσσύφων ἕνεκα,***
ὡς μὴ τοῖς ῥηθεῖσιν ἐς τὴν χρόαν αὐτῶν ἀπιστοίη μηδείς·
ἔχεται ***δὲ*** *ἄλλο ὄρος Κυλλήνης Χελυδόρεα,*
ἔνθα εὑρὼν χελώνην Ἑρμῆς ἐκδεῖραι τὸ θηρίον
καὶ ἀπ' αὐτῆς λέγεται ποιήσασθαι λύραν.

Secundum codices deterrimos volunt *κόσσυφ. γὰρ οἱ ὄρνιθες ⟨ὁλόλευκοί⟩ εἰσιν ἐν αὐτῇ,* sed quid obstat, quominus dicamus 'turbi enim illi sunt in ea', 'die drosseln nämlich sind auf ihr'? Ita hic quidem Roberti perittologiam (Paus. 208) *κόσσ. οἱ ὄρν.*

ad sensum pertinere arbitror. Recordaris iam 'τὰ ἐς τὸν ἀσκὸν ἔχοντα'. Sed docet nos Pausanias rursus suo more eos fuisse albos, conferas supra p. 62. Opponit statim per parenthesim quandam alias aves, quae ipsae quoque a comicis κόσσυφοι appellentur. Hos turbos habemus Tanagrae IX 22,4 ἔστι δὲ καὶ γένη δύο ἐνταῦθα ἀλεκτρυόνων, οἵ τε μάχιμοι καὶ οἱ κόσσυφοι καλούμενοι. τούτων τῶν κοσσύφων μέγεθος μὲν κατὰ τοὺς Λυδούς ἐστιν ὄρνιθας, χρόα δὲ ἐμφερὴς κόρακι, κάλλαια δὲ καὶ ὁ λόφος κατὰ ἀνεμώνην μάλιστα· λευκὰ δὲ σημεῖα οὐ μεγάλα ἐπί τε ἄκρῳ τῷ ῥάμφει καὶ ἐπὶ ἄκρας ἔχουσι τῆς οὐρᾶς. Inde primus Buttmann pro κωμωδῶν coniecit Βοιωτῶν, etiam Robert Paus. 91 a. hanc emendationem collaudat. Nonne fieri poterat, ut comici quidam Attici, cum κοσσύφους appellarent, easdem aves, quae a Boeotis vocarentur κόσσυφοι, intellegerent?[94]) — Iam Pausanias magna arte ad colorem transit, aquilas enim, quas nominent cycneas, maxime adaequantes cycnorum album ipsum se rursus in Sipylo spectasse narrat. Avibus deinde alia addit animantia, cum dicit 'sues vero (δὴ 'vollends', antecesserat ἀετοὺς μὲν οὖν, δὲ edd. c. y¹ L²) albos et ursas Thracias albas sua sane iam (ἃ δή που sec. edd., ἤδη π. edd. c. Bekk., at ἃ est possessivum, quod saepius apud Pausaniam reperiri alibi demonstrabo; δή iam, που sane) etiam homines sibi paraverunt privati, lepores autem et cervi primum quidem Libyci lepores sunt albi (hic habes τὸ μὲν instar adverbi, 'zunächst, einerseits'; Λιβυκὸν θρέμμα sc. ὄντες, 'als libysches getier'; 'sind die hasen weiß', οἱ λαγῴ εἰσι λευκοί, edd. οἱ λ. ε. ⟨οἱ⟩ λευκ. Bekk. auct.; pro compositione verborum λαγῴ δὲ καὶ ἔλαφοι...οἱ λαγῴ εἰσι λευκοί exempla infra occurrent), cervos Romae albos vidi'; hoc est miratus, sed unde allati essent, non quaesivit. Tandem, postquam illa omnia animalia coloris testes produxit (cf. Robert quoque Paus. 14), μὲν post ἀετοὺς coniunctione recepta collectionem adhibet ac per δὲ oppositum novam sententiam annectit: τάδε μὲν ἡμῖν λελέχθω τῶν ἐν Κυλλήνῃ κοσσύφων ἕνεκα, ὡς μὴ τοῖς ῥηθεῖσιν ἐς τὴν χρόαν

[94]) Hoc quoque Boeotorum adhibentes ludibunde. Nonnihil conferas Matronis Δεῖπνον Ἀττικόν parodicum apud Athenaeum IV 136 d.

αὐτῶν ἀπιστοίη μηδείς ('ne quis de colore eorum dictis[95]) diffideret': 'etiam in Cyllena igitur profecto turbi sunt albi' audientes ipsi rursus concludent, cf. p. 63). *ἔχεται δὲ ἄλλο ὄρος Κυλλήνης Χελυδόρεα κτλ.* Porro, ut illum usum articuli confirmemus, hic contemplemur IX 26,7 sq. *Θεσπιεῦσι δὲ ἐν τῇ πόλει* ***Σαώτου Διός*** *ἐστι χαλκοῦν* ***ἄγαλμα· ἔτι λέγουσι δὲ*** *ὡς λυμαινομένου τὴν πόλιν ποτὲ αὐτοῖς δράκοντος προστάξειεν ὁ θεὸς τῶν*[96]) *κλήρῳ τῶν ἐφήβων κατὰ ἔτος ἕκαστον λαχόντα δίδοσθαι τῷ θηρίῳ· τῶν μὲν δὴ διαφθαρέντων μνημονεύειν τὰ ὀνόματα οὔ φασιν, ἐπὶ δὲ Κλεοστράτῳ λαχόντι τὸν ἐραστὴν αὐτὸν*[97]) ***Μενέστρατον*** *λέγουσιν ἐπιτεχνήσασθαι· χαλκοῦν* ***θώρακα ἐποιήσατο*** *ἔχοντα ἐπὶ ἑκάστῃ τῶν φολίδων ἄγκιστρον ἐς τὸ ἄνω νεῦον, τοῦτον τὸν θώρακα ἐνδὺς παρέδωκε τῷ δράκοντι ἑκουσίως αὑτόν, παραδοὺς δὲ ἀπολεῖσθαί τε καὶ αὐτὸς ἀπολεῖν ἔμελλε τὸ θηρίον·* ***ἀντὶ τούτου μὲν τῷ Διὶ*** *γέγονεν ἐπίκλησις* ***Σαώτης, τὸ δὲ ἄγαλμα*** *τὸ Διονύσου καὶ αὖθις Τύχης, ἑτέρωθι δὲ Ὑγείας,* ***τὴν δὲ Ἀθηνᾶν*** *— τὴν δὲ*[98]) *Ἐργάνην — καὶ αὐτὴν καὶ Πλοῦτόν οἱ παρεστηκότα* ***ἐποίησε.*** Sequitur cap. 27,1 *θεῶν δὲ οἱ Θεσπιεῖς τιμῶσιν Ἔρωτα μάλιστα ἐξ ἀρχῆς, καί σφισιν ἄγαλμα παλαιότατόν ἐστιν ἀργὸς λίθος κτέ.* Cognoveris, credo, enumerationem quandam operum Menestrati. Quae certe potest plena esse, sed ut re vera sit, a Pausania nemo exspectabit, itaque ex ipso, cum alibi nusquam Menestrati mentionem faciat, in medio hoc relinquere cogimur.[99]) Agit autem sic in operibus eius enumerandis. Principium ducit a Iovis Conservatoris statua aënea. *Θεωρήματι* etiam *λόγος* de cognomine additur, '*ἔτι λέγουσι δὲ . . .*'[100]) *ἀντὶ τούτου μὲν*

---

[95]) Cum aliquid tale videlicet nullis antea testimoniis prolatis contendissem.

[96]) *Τῶν* (*τὸν* iam y[1]) restitui, item VI 20,11 contra Koraisium primum *ταῦτα τὰ κλήρῳ τὰ οἰκήματα διαλαγχάνουσιν,* probabo vero alio loco articulum huiusmodi duplum.

[97]) *Αὐτοῦ* volunt secundum L[1], sed accusativo gravius animi ad Menestratum attenduntur. Item Pausanias acrius *ἀπολεῖσθαί τε καὶ αὐτὸς ἀπολεῖν ἔμελλε τὸ θηρίον* scripsit, Schubart Walzque *τε αὐτὸς καὶ* posuerunt.

[98]) *Δὲ* cum L[1] delent, at cf. ifr. de VIII 31,7.

[99]) Cap. 40,3 sq. Daedali opera enumerat, de qua re alibi agam.

[100]) Ita *ἔτι λέγουσι δὲ* esse interpretandum nec iure cum Siebelisio *ἐπιλέγ.* scribi puto. Accedit, quod thorax ille Menestrati fabula insequente affertur.

τῷ Διὶ γέγονεν ἐπίκλησις Σαώτης'. In medio hoc *λόγῳ* amplo nomen artificis inducit, qui aëneo effecto thorace vitam pro Cleostrato profuderit. Tum post *῾Υγείας* lacunam cum Bekkero indicant. Item excidisse censent post *ἐποίησε* nomen aliquod, *Θήρων* Facius supplere voluit. Quae omnia probare non possum. Mea sententia verbis *ἀντὶ τούτων μὲν τ. Διὶ γέγ. ἐπ. Σαώτης* respondet **τὸ δὲ** *ἄγαλμα τὸ Διονύσου . . . ἐποίησε*, 'porro statuam Baccho fecit', 'ferner hat er als kultbild das des Dionysos gemacht', primum par simulacrorum alia duo sequuntur[101]) *καὶ αὖθις Τύχης, ἑτέρωθι δὲ ῾Υγείας,* **τὴν δὲ** *᾽Αθηνᾶν . . . καὶ αὐτὴν καὶ Πλοῦτόν οἱ παρεστ.*, iterum 'deinde Minervam', 'weiter eine Athene'. Etiam alia exempla pro hoc usu articuli adiecta *μὲν* vel *δὲ* particula alibi tractabo, reminiscaris a. 49 quoque. —

Cp. 21, 3.

Nostra paragraphus l. I 20 sic finitur: *οὗτος μὲν ταῦτα ἔλεγεν*, tertia incipit *ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλή*. Omnes praeter Spironem editores post *ἔλεγεν* punctum posuerunt, perperam quidem, nam antithesi quamvis quaesita nova paragraphus annectitur: *οὗτος μὲν ταῦτα ἔλεγεν· ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλουμένου τείχους, . . ., ἐπὶ τούτου Μεδούσης . . . ἀνάκειται κεφαλή*. Contrarium *οὗτος μὲν*, scilicet *Αἰσχύλος*, — *ἐπὶ* (*δὲ*) *τούτου*, scilicet *τοῦ Νοτίου καλ. τείχους*, miro artificio formatur, cum alteri membro *οὗτος μὲν* alterum *ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλ. τ.* opponatur, quod eo tantum fieri potest, ut membri posterioris initio *ἐπὶ δὲ τοῦ . . . τείχους*, praecipue figurae epanalepseos *ἐπὶ τούτου* adhibitae verbo altero *τούτου*, illud prioris membri *οὗτος* nunc ad aliud nomen relatum repetatur; ceterum memineris p. 61. Epanalepsim cap. 20, 7 *ἐρομένοις δέ σφισιν . . . τούτοις ἔχρησεν ἡ Πυθία* . . . iam nota-

---

Coniunctiones, velut *τὲ, δέ, γὰρ* apud Pausaniam non semper secundum locum obtinere satis constat.

[101]) Cf. Robert Paus. 44 'Bei seiner Neigung zu Antithesen, die sich ganz besonders auch in der paarweisen Gruppierung der Bildwerke äußert, . . .'.

vimus. Affero hic cap. 3, 3 *εἰ δέ μοι γενεαλογεῖν ἤρεσκε, καὶ τοὺς ἀπὸ Μελάνθου βασιλεύσαντας ἐς Κλείδικον τὸν Αἰσιμίδου καὶ τούτους ἂν ἐπηριθμησάμην.*[102]) Item VI 24, 7 legimus *ἔχειν δὲ αὐτὰς* (sc. *τὰς Χάριτας*) *ἐπὶ τοιῷδε εἰκάζοι τις ἂν τὰ εἰρημένα, ῥόδον μὲν καὶ μυρσίνην Ἀφροδίτης τε ἱερὰ εἶναι καὶ οἰκεῖα τῷ ἐς Ἄδωνιν λόγῳ, Χάριτας δὲ Ἀφροδίτῃ μάλιστα εἶναι θεῶν, ἀστράγαλόν τε μειρακίων τε καὶ παρθένων, οἷς ἄχαρι οὐδέν πω πρόσεστιν ἐκ γήρως, τούτων εἶναι τὸν ἀστράγαλον παίγνιον.*[103]) Et IV 26, 7

[102]) *Ἀπηρ.* scribunt cum Xylandro, sed praecedunt haec: *στοὰ δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους* (post *θεοὺς* falso *τοὺς* Schubarto auctore inserunt, cf. ifr. de cap. 22, 5)· *ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν Θησεύς ἐστι γεγραμμένος καὶ Δημοκρατία τε καὶ Δῆμος. δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι· κεχώρηκε δὲ φήμη καὶ ἄλλως ἐς τοὺς πολλούς, ὡς Θησεὺς παραδοίη τὰ πράγματα τῷ δήμῳ καὶ ὡς ἐξ ἐκείνου δημοκρατούμενοι διαμείναιεν, πρὶν ἢ Πεισίστρατος ἐτυράννησεν ἐπαναστάς. λέγεται μὲν δὴ καὶ ἄλλα οὐκ ἀληθῆ παρὰ τοῖς πολλοῖς οἷα ἱστορίας ἀνηκόοις οὖσι καὶ ὁπόσα ἤκουον εὐθὺς ἐκ παίδων ἔν τε χοροῖς καὶ τραγῳδίαις πιστὰ ἡγουμένοις, λέγεται δὲ καὶ ἐς τὸν Θησέα, ὡς* (princeps *ὃς* Robert Herm. 14 [1879] 313) *αὐτός τε ἐβασίλευσε καὶ ὕστερον Μενεσθέως τελευτήσαντος καὶ ἐς τετάρτην οἱ Θησεῖδαι γενεὰν διέμειναν ἄρχοντες·* (sic pro puncto distinguo), iam sequitur *εἰ δέ μοι γενεαλ. κτλ.* Sensus mihi quidem videtur esse ʻporticus deorum duodecim tabulam exhibet pictam, qua rem publicam liberam a Theseo constitutam esse significatur; perlata fama eadem est etiam aliter ad multos. *Λόγοι* sane etiam alii haud veri feruntur apud multos iustae scientiae ignaros, *λόγοι* huiusmodi feruntur etiam de Theseo, quo modo et ipse rex factus sit et usque ad quartam Thesidae subolem regnaverint; non minus autem etiam plures reges Atheniensium, quos fingant, possum addereʼ. Ita intellegitur, cur hic Pausanias contra reliquas urbes reges non enumeraverit; secus pro sua et Xylandri coniecturis Robert Paus. 8 cum ann. *Ἐπαριθμεῖν* reperimus X 5, 8 *πεποίηκε ἡ Βοιὼ τοιάδε ..... ἐπαριθμοῦσα δὲ καὶ ἄλλους τῶν Ὑπερβορέων, ἐπὶ τελευτῇ τοῦ ὕμνου τὴν Ὠλῆνα ὠνόμασεν ...*

[103]) Sic *ἀστράγαλον* quoque repetitur, tractabimus similia infra. Respice illam collocationem *ῥόδον μὲν κ. μυρσίνην — Χάριτας δέ* (cf. spr. p. 54), non rosae, murto talus opponitur, sed chiasmo antitheto *Ἀφροδίτης Ἄδωνιν — Χάριτας Ἀφροδίτῃ* adhibito iterum contrarium decussatum apparet rosa, murtus, Adonis — Gratiae, talus. *Φίλας* cum Frazero inter *μάλιστα* et *εἶναι* insertum et *ἀστράγαλον δὲ* Spironis improbo, nam vim nativam nominis Gratiarum eminere itaque sensum esse censeo ʻgratia vel Gratiae Veneri potissimum est vel sunt, et est talus Gratiarum proprius ludus eorum, qui gratiam obtinentʼ.

reperimus Ἐπαμινώνδᾳ μὲν ταῦτα ἔλεγεν,[104]) Ἐπιτέλει δὲ τῷ Αἰσχίνου τάδε ἐμήνυε — στρατηγὸν[105]) δὲ αὐτὸν οἱ Ἀργεῖοι τὸν Ἐπιτέλην καὶ Μεσσήνην ἀνοικίζειν ᾕρηντο — τοῦτον οὖν τὸν ἄνδρα ἐκέλευεν ὁ ὄνειρος, ἔνθα δὴ[106]) τῆς Ἰθώμης εὕρῃ πεφυκυῖαν σμίλακα καὶ μυρσίνην, τὸ μέσον ὀρύξαντα αὐτῶν ἀνασῶσαι τὴν γραῦν· κάμνειν γὰρ ἐν τῷ χαλκῷ καθειργμένην θαλάμῳ καὶ ἤδη λειποψυχεῖν[107]) αὐτήν.[108])

---

[104]) Antecedit § 6 Ἐπαμινώνδᾳ δὲ οὔτε ἄλλως ἐφαίνετο ῥᾴδια ἀξιόμαχον πόλιν ἐποικίσαι Λακεδαιμονίοις οὔτε ὅπου χρὴ κτίσαι τῆς χώρας ἐξευρίσκει· . . . ἀποροῦντι οὖν αὐτῷ πρεσβύτην ἄνδρα, ἱεροφάντῃ μάλιστα εἰκασμένον, νύκτωρ φασὶν ἐπιστάντα εἰπεῖν· ʻσοὶ μὲν δῶρά ἐστι παρ᾽ ἐμοῦ κρατεῖν ὅτων μεθ᾽ ὅπλων ἐπέρχῃ· καὶ ἢν ἐξ ἀνθρώπων, ἔγωγε, ὦ Θηβαῖε, ποιήσω μή ποτε ἀνώνυμον μηδὲ ἄδοξον γενέσθαι· σὺ δὲ Μεσσηνίοις γῆν τε πατρίδα καὶ πόλεις ἀπόδος, ἐπειδὴ καὶ τὸ μήνιμα ἤδη σφίσι πέπαυται τὸ Διοσκούρων᾽. Coniciunt cum Sylburgo ὅτῳ ἂν pro ὅτων, post ἀνθρώπων secundum L^1y^1 γένῃ inferciunt, cum Musuro σε ante γενέσθαι supplent. Quae omnia non possum probare, immo interpretor ʻtibi donatio (cf. p. 25) est a me superare, quibuscumque armis aggrediere; atque cum ex hominibus, ego quidem, o Thebane, faciam, ne umquam ignobile neve inglorium fiat; tu autem . . .᾽, Germanice sic fere convertere licebit ʻdir wird begabung durch mich meister zu sein, mit welchem gezeug immer du es angreifst; und wann von den menschen fort (sc. ᾖ, cf. a. 149), werde ich, Thebaner, schaffen, daß es nimmer ein namenloses (cf. de I cap. 21, 6 ἐμφερῆ in loco) noch denn ohne fortruhm wird; du aber . . .᾽. Elucet, opinor, hoc loco Pausaniae sermonem rei plane accomodatum esse iustamque artem nos iuvare.

[105]) Iterum iam Sylburg voluit στρατηγεῖν, at oratio variata στρατηγὸν — ἀνοικίζειν optime Pausaniae sermoni consentit, cf. Engeli l. l. 23, atque contrarium decussatum στρατηγὸν αὐτόν — Μεσσήνην ἀνοικίζειν acriter elucet.

[106]) Ἂν primus Dindorf, sed ἔνθα δὴ hic contextui descriptionis accommodatum est, ἂν coniunctivo εὕρῃ non magis poscitur, quam supra verbis κρατεῖν ὅτων μεθ᾽ ὅπλων ἐπέρχῃ.

[107]) Λιποψ. edd. Dindorfio auctore, nonne praesens κάμνειν decet ratio scribendi de praesente λείπειν assumpta λειποψυχεῖν, praesertim quae ἤδη particula (cf. IX 30, 11 ἀπολλυμένων [ἀπολομένων Bekker] δὲ ἤδη Λιβηθρίων, οὕτως οἱ ἐν Δίῳ Μακεδόνες . . . ἐς τὴν ἑαυτῶν τὰ ὀστᾶ κομίζουσι τοῦ Ὀρφέως, v. ifr. ad I 21, 5) confirmetur?

[108]) Ut οὗτος, usurpatur rursus αὐτός quoque per epanalepsim, videas de VIII 51, 6 a. 69; X 6, 4 ἀπὸ ταύτης δὲ καὶ ὕστερον ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται Θυιάδας καλεῖσθαι σφᾶς ὑπὸ ἀνθρώπων respondet σφᾶς, cum Schubart Walzque καλεῖσθαί φασιν voluerint, σφίσι ibd. 5, 3 Θηβαίοις δὲ καὶ ἐς πλέον γάμων τέ σφισι τῶν Οἰδίποδος καὶ ἀδικίας τῶν Ἐτεοκλέους (pro στόλου τῶν

De adiunctione sequentis enuntiati supra iam dixi p. 11. Hic disputemus, quid Pausaniam sensisse arbitremur, cum scriberet *ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Ἄρτεμις τούς παῖδάς εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιόβης.* De singulis controversia est. Sed ne subesse quidem Thrasylli monumentum plane omnibus constat, cf. Judeich l. l. 281 a. 9: 'Paus. 21, 3, der anscheinend das Thrasyllosmonument nicht erwähnt'. Hoc opus pertractavit E. Reisch Zum Thrasyllosmonument Ath. Mitt. 13 (1888) 383—401. Eius sententiam Judeich 1905 l. l. 281 secutus est. Etiam addas de tripode a Pausania commemorato Reischi Griech. Weihgeschenke (1890) 109 sq., Judeich l. l. Optime mihi videtur de re egisse Frazer II 230 sqq. Spelunca illa ('gegen 7 m breit und 15 m tief' Judeich) hodie Panagiae Chrysospiliotissae sacra est. Usque ad annum 1826 introitus monumento Thrasylli vestitus fuit. Thrasyllus id victoriam anno 319 adeptus tripodi choragico construxit. Erat parva porticus Dorica, quae a lateribus columnas singulas, tertiam tenuiorem habebat mediam duobus gradibus nitentes. Super epistylium inscriptione instructum[109]) zophorus coronis ornatus laureis effectus erat. Tantum monumenti album marmor Pentelicum praebuit et ab omnibus Thrasyllo attribuitur. Accedebat attica e marmore cano bases tres sustinens, ex quibus media in tribus gradibus imposita statuam Bacchi iconica maiorem tulit, de reliquis quin alteram a dextra, alteram a sinistra Thrasycles, Thrasylli filius, anno 271/0 demum, cum civitas choragiam ipsa iam ante annum trecentesimum recepisset, agonothetes solum factus collocaverit, dubium esse non potest.[110]) Reisch Ath. M.

Ἑπτά fortasse, cf. p. 48, edd. *τῆς Ἐτ.* cum Bekkero) *ἐστὶν ἡ φήμη,* pro *ἐνταῦθα* conferas II 20, 6 p. 57.

[109]) *Θράσυλ]λος Θρασύλλ[ου] Δεκελ[εεὺς] ἀνέθηκεν*
χορηγ]ῶν νικήσας ἀνδ[ρ]άσιν Ἱπποθωντίδι φυλῇ.
Εὔιος Χαλ]κιδεὺς ηὔλει. Νέα[ιχμος ἦρχεν. Καρκίδαμος Σώτιος ἐδίδασκεν.

[110])
Ὁ δῆμος ἐχορήγει, Πυθάρατος ἦρχεν·
ἀγωνοθέτης Θρασυκλῆς Θρασύλλου Δεκελεεύς· }: eadem
Ἱπποθωντὶς παίδων ἐνίκα, *Πανδιωνὶς ἀνδρῶν ἐνίκα,*

l. l. 387 sqq. totam atticam opus Thrasyclis esse contendit. Argumenta profert tria. Ac primum quidem, quod materies adhibita diversa sit. Sed nihil hac re probari Frazer l. l. suo iure mihi videtur contra dixisse; revocat ad monumentum Lysicratis (v. spr. de Tripodibus), quod ipsum quoque e duobus marmoris generibus exstructum sit, nec tamen inde quemquam collegisse partem superiorem posterius esse additamentum. Deinde Reisch lineas atticae cum substructione haud congruere praedicat. At nonne haec eadem, contraria quidem, ratio est, qua quidam explicare Pausaniae errores ita voluerunt, ut ex fontibus suis eum vitia hausisse arbitrarentur, quasi falsa ipsa hoc modo tollantur? (conferas ea quoque, quae Robert Paus. 66 sq. exposuit.) Num profecto mendum, si modo est mendum, aedificatoris facilius intellegitur, cum filio, non patri ascribitur? Tum dicit Reisch columnas, praecipue mediam, tenuiores esse, quam ut tam gravis accessio praestituta fuerit; ipse autem sibi repugnat, quoniam in attica imponenda, imprimis statua Bacchi excavata, hoc petitum esse addit, ut pondus quam maxime minueretur. Nam cur idem, si quidem universum opus pulcherrime stetisse concedendum est, non pater iam facere potuerit, iterum non satis intellegitur. Accedit, quod statua sic secundum Reischium effecta est, ut summae aedificationi a principio fuerit destinata. Etiam facile posse conici fatetur Bacchum sub tripode Thrasylli fuisse, sed hanc statuam esse iam nimiam. Qua in re praeter necessitatem interrogari, quid Thrasycles tripode patris fecerit? aut qui fiat, ut Pausanias unum tantum tripodem — ex Thrasyclis videlicet — commemoret? At respondebimus summo iure, credo, cum Frazero Thrasyclem tropaeum, quod stirpi suae decori esset, sustulisse non probabiliter dici; et Pausaniam, cum unum proferat tripodem, ad patris in medio positum spectare. Dedicari nihil inscriptionibus Thrasyclis, neque omnino constare quidem eos quoque, qui agonothetae solum fuerint, tripodes accepisse.[111])

Θέων Θηβαῖος ηὔλει,
Πρόνομος Θηβαῖος ἐδίδασκεν
ad sinistram statuae

Νικοκλῆς Ἀμβρικιώτης ηὔλει,
Λύσιππος Ἀρκὰς ἐδίδασκεν
ad dextram statuae.

[111]) Qua in re admonendum erit de lege sumptuaria Demetri Phalerei. Tum luxuriam de rebus choragicis non minus quam in exornandis sepulcris desisse apparet. Cf. etiam Holm Gr. Gesch. IV 77.

Praeterea ipse Reisch anno 1905 PWRE V 1692 non iam adeo pro explorato habet Bacchum nostrum sub tripode non stetisse, nam prius se paulo parum magnas tripodum choragicorum mensuras aestimasse. Satis certi autem nihil propter mutationem a Thrasycle confectam posse reperiri. Sed potest, opinor, cum illa, quae disseruimus, respexerimus, verbis Pausaniae iam examinandis. 'Τρίπους' enim 'ἔπεστι καὶ τούτῳ', sc. τῷ σπηλαίῳ: quis audebit dubitare, quin hac voce καὶ τούτῳ (cf. p. 52) ad viam Tripodum (supra p. 13 sqq.) non multo ante prolatam plane revocemur? Nonne audivimus cap. 20, 1 ἀφ' οὗ καλοῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι καί σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ μέν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα· Σάτυρος γάρ ἐστιν κτλ.? Nam quam ob rem pro ἔπεστι librorum secundum Bluemnerum (comm.) ἔνεστι coniciendum sit, cum, ut habet se res, non video, tum καὶ particula repugnat. Ita ex Pausania ipso colligere licebit eum speluncae ornatum cum aedibus Tripodum voluisse comparatum.[112]) Ergo huic quoque tripodi 'opus memoratu dignum' — Bacchum videlicet nostrum — attribuemus, ut iam aedi cap. 20 § 2 allatae tripodem statuam amplectentem e paragrapho prima effecimus. Ac rursus, cum Bacchum in medio positum fuisse sciamus, eius tripodem Pausaniam sensisse est viri simillimum, neque iam mirum, quod statuam ipsam expressis verbis non commemoravit neque Thrasyclis tripodum, si modo affuerunt, statuis quidem carentium, ita ut tales 'tripodes', tripodes scilicet figuras plenas complectentes, esse non potuerint, mentionem ullam facit. Neque sic Pausaniae tripus ad ullum ex alteris, Aeschraei potissimum, qui supra speluncam, remotius sane, collocati erant, referri potest. Omnino illorum locum, non tripodis Bacchum complexi, cum verbis Pausaniae consentire contra Judeichium non intellego. Quis etiam mirabitur, quod monumentum Thrasylli ipsum quasi praeteriit? Quis id, inquam, mirabitur, dummodo plerasque Pausaniae descriptiones, viae quidem Tripodum, ut exemplum afferam, paulum meminerit? Satis superque pro suo more iam significavit, cum ad Tripodes nos reiecit. Postquam tantum probatum est, verba

---

[112]) Cf. etiam III 25, 4 ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ ναὸς εἰκασμένος σπηλαίῳ.

vocem *καὶ τούτῳ* subsequentia *'Απόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ "Αρτεμις τοὺς παῖδάς εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιόβης* vix omnino ad tripodem etiam spectant, immo vero ad speluncam. Idem iam interpretatione contextus integra doceri censeo, nam notitiam speluncae, non tripodis, principalem esse apparet; voce *ἐν αὐτῷ* ad *καὶ τούτῳ* in fine membri praecedentis graviter positum, id est ad *σπήλαιον* remittimur. Deinde desideraremus et perspicuitatis causa et secundum auctoris sermonem *'Απ. δὲ ἐν τῷ τρίποδι κτέ.* Tum si effigies eminens vel plenae figurae tripodem ornantes Pausaniae animo observatae essent, ut Milchhoefer Athen 193 et Bluemner putant, alia eum oratione usurum fuisse recte mihi Frazer videtur respondisse: non *ἐν αὐτῷ*, sed *ἐπ' αὐτῷ* (*ἐπειργασμένοι*).[113]) Hoc quoque modo igitur confirmatur verba *ἐν αὐτῷ* ad speluncam pertinere. Itaque rursus tripus Baccho vindicatur. Comparemus denique iterum cap. 20: reperiemus ornatum prorsus congruentem. Ibi enim aedes et deorum simulacra cohibentes et statuas sub tripodibus collocatas sustinentes esse agnoscendas contendimus, cap. 21 nobis occurrit 'spelunca' et tripodem Bacchum amplectentem ferens (*τρίπ. δὲ ἔπεστι κ. τούτῳ*) et Apollinem cohibens ac Dianam liberos necantes Niobae (*'Απόλλ. δὲ ἐν αὐτῷ* . . .). Hos quoque sic in spelunca ipsa fuisse, ut cap. 20, 2 *Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· "Ερωτα δ' ἑστηκότα ὁμοῦ καὶ Διόνυσον Θυμίλος ἐποίησεν* quattuor figuras fuisse in aede ipsa cognovimus, propter relationem auctoris ponere licebit. Ac nonne idem, postquam eos in spelunca infuisse intelleximus, simplicissima quidem interpretatione suadetur? Nonne hoc rursus illius *τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος* simillimum est? Ita contra ceteros opinionem Starki Niobe u. d. Niobiden (1863) 113 sq., qui statuas spelunca cohibitas erat suspicatus, a Frazero iure receptam probandam esse censeo.

---

[113]) De figuris sub tripode positis, id quod propter numerum hic respiciendum non est, Pausanias praepositione quidem adhibita *ὑπ' αὐτῷ*, ut III 18, 8 (cf. p. 34) dixisset. Ceterum nonne iam ratione Milchhoeferi et Bluemneri satis multum pro unius tripodis spatio postulatur? Bluemner affert parietum picturas Pompeianas tripodes aureos continentes, in quibus liberi Niobae morientes picti conspiciuntur, sed in duo sunt tripodes dispositi. Plus sane spati tripodes pleni exhibent, etiam Apollo vero et Diana locos suos poscunt.

Per geminationis figuram Pausanias a Nioba in spelunca posita ad Sipyleiam, quam ipse spectaverit, transit: ... *τοὺς Νιόβης. ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον* ... Respicias, quae verba in fine et initio enuntiationum collocata sint: *τρίπους* ... *τοὺς Νιόβης. ταύτην τὴν Νιόβην* ... *τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος*. — In proxima comprehensione chiasmus est ... *σχῆμα* ... *γυναικὸς* | *οὔτε ἄλλως* | *οὔτε πενθούσης*· ... *δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν* | *καὶ κατηφῆ* | *γυναῖκα*.

Cp. 21, 4—7.

Pausanias ad hoc *θεώρημα* sic transgressus: *ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος* quartam paragraphum *ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου τέθαπται Κάλως* incipit, cum coniunctionem efficit contrario *ἀνελθὼν ἐς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος* — *ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν*. Nomen Perdicis apud Graecos et *Κάλως* et *Τάλως* invenitur.[114]) Sed Pausanias *Κάλως* *κ̄* littera scripsit, nam *λόγον* de Perdice brevissimum non tam explicationis causa addidit, quam ut formam *Κάλως* ineunte *λόγῳ* epanadiplosi *τοῦτον τὸν Κάλων*, quo magis conspicuam redderet, adhibita ad rem non necessaria in fine per annominationem *Κώκαλον* repetere posset. E contrario in proxima paragrapho sine geminatione legimus ... *Σαυροματικὸς ἀνάκειται θώραξ*· *ἐς τοῦτόν τις ἰδὼν* ... Pausanias eam occasionem praetermitteret, qua inopinati quiddam (quamvis sonitus tantum tam admirabilis sit) artificiose fictum protulerit ... *Κάλων* ... *φονεύσας* ... *ἔφυγε*, | ... *ἐκδιδράσκει παρὰ Κώκαλον*? Saepius eum pro suo priscorum favore Daedali mentionem fecisse per se intellegitur, conferas praecipue IX 40,3 sq. de operibus Daedali. Nostram fabulam in libro septimo cap. 4,5 sq. sic exsequi ei placuit: *Δαιδάλῳ* ... *γένους τε Ἀθήνησιν ὑπῆρχεν εἶναι τοῦ βασιλικοῦ τῶν καλουμένων*

114) Bluemner in commentario affert 'Zum Namen Kalos s. Schol. Soph. O. C. 1320: *Ταλαοῦ ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ̄ Καλαὸν προσαγορεύουσι κτλ.*, bei Paus. auch I 26,4 die Form *Κάλως*, aber Domit. Calderinus an beiden Stellen Talos, welches die üblichere Form war, s. Apollod. III 15,9, Diod. Sic. IV 76, Luc. Piscat. 42'.

Μητιονιδῶν καὶ ὁμοῦ τῇ τέχνῃ τῆς πλάνης τε ἕνεκα καὶ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἐπιφανέστερος ἐγένετο ἐς ἅπαντας ἀνθρώπους. ἀποκτείνας μὲν ἀδελφῆς παῖδα καὶ ἐπιστάμενος τὰ οἴκοι νόμιμα ἑκουσίως παρὰ Μίνω ἔφυγεν ἐς Κρήτην καὶ αὐτῷ τε ἀγάλματα Μίνῳ καὶ τοῦ Μίνω ταῖς θυγατράσιν ἐποίησε, καθότι καὶ Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι ἐδήλωσε· καταγνωσθεὶς δὲ ἀδικεῖν ὑπὸ τοῦ Μίνω καὶ ἐς δεσμωτήριον ὁμοῦ τῷ παιδὶ ἐμβληθεὶς ἐκδιδράσκει τε ἐκ Κρήτης καὶ ἐς Ἴνυκον Σικελῶν πόλιν ἀφικνεῖται παρὰ Κώκαλον, καὶ πολέμου παρέσχε τοῖς Σικελοῖς αἰτίαν πρὸς τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἐξαιτοῦντος Μίνω μὴ πρόοιτο αὐτὸν ὁ Κώκαλος· καὶ ἐς τοσοῦτο ὑπὸ τοῦ Κωκάλου τῶν θυγατέρων ἐσπουδάσθη κατὰ τὴν τέχνην, ὡς καὶ θάνατον τῷ Μίνῳ βουλεῦσαι τὰς γυναῖκας ἐς χάριν Δαιδάλου. Redeunt intermixta vocabula priora (neque vero *Κάλως* nominatur!), ad quae tamen, ut tale quid alibi quoque invenimus (cf. p. 57 de Aeaco II 29,7 sq.) minime expressis verbis revocamur. Formas nominum Pausaniam secundum artificia sua sermonis adhibere in genetivis *Σύλλου*, *Κλεοίτου* supra p. 55 iam vidimus. Quod nomina sonos praebentia similes contrarie componit, admoneo de IX 19,3 p. 65. Neque minus contrarium rei exemplo caret. Memineris enim I 16,2 . . . *λαθὼν . . . κτείνει, διαρπάσαι δὲ . . . τοῖς βασιλεῦσιν ἐβασίλευσε . . ., ἐς ὃ . . . ἀντιτάξασθαι τολμήσας ἀναιρεῖται* p. 50. Item IX 31,5 sqq., cum contextum respiciamus, legendum erit *οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθείη παρὰ Ἀκαρνάνων, καὶ ἔστιν ἔπη μαντικὰ ὁπόσα τε*[115]) *ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. ἐναντία δὲ καὶ ἐς τοῦ Ἡσιόδου τὴν τελευτήν ἐστιν εἰρημένα, ὅτι μὲν γὰρ οἱ παῖδες τοῦ Γανύκτορος Κτίμενος καὶ Ἄντιφος ἔφυγον ἐς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν φόνον καὶ αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη, τὰ μὲν καὶ οἱ πάντες κατὰ ταῦτα εἰρήκασι, τὴν δὲ ἀδελφὴν τῶν νεανίσκων οἱ μὲν ἄλλοι τού φασιν αἰσχύναντος Ἡσίοδον λαβεῖν οὐκ ἀληθῆ τὴν τοῦ ἀδικήματος δόξαν, οὐδὲ ἐκείνου*

---

[115]) Schubart Walzque hoc *τὲ* omitti voluerunt, sed interpretandum erit '. . . dicunt quoque divinationem Hesiodum didicisse ab Acarnanibus, et exstat poësis *divinatoria* atque quanta legimus etiam nos explicationes quoque de *portentis*'.

γενέσθαι τὸ ἔργον· τὰ[116] *μὲν δὴ ἐς Ἡσίοδον καὶ αὐτὸν καὶ ἐς τὰ ἔπη διάφορα ἐπὶ τοσοῦτο εἴρηται, ἐπὶ δὲ ἄκρᾳ τῇ κορυφῇ τοῦ Ἑλικῶνος ποταμὸς οὐ μέγας ἐστὶν ὁ Λάμος· Θεσπιέων δὲ ἐν τῇ γῇ, ᾗ*[117] *Δονακών ἐστιν ὀνομαζόμενος, ἐνταῦθά ἐστι Ναρκίσσου πηγή* et quae sequuntur de Narcissi amore. Vides hic Pausaniam commemorare varietatem sententiarum et de numero operum ab Hesiodo confectorum et de causa mortis eius: De fine quoque Hesiodi narrant contraria, genus illud mortis ipsius universi referunt, Ctimenum et Antiphum, p o s t q u a m in terra Molycria N e p t u n u m violaverint, p o e n a m subisse (quam ergo qui simul eos p r o p t e r necem persolvisse Hesiodi negent non desunt), alteri autem (*οἱ ἄλλοι* 'die einen')[118] Hesiodum culpa volunt vacare, cepisse eum falsam speciem, nec eius esse quidem factum facinus.[119] Elucebit verba *τῇ Μολυκρίδι*, quae princeps Amasaeus delere voluit,[120] cum nostro libri primi modo optime consentire

---

[116] Sic vulgata, secundum reliquos *τάδε* edd., at v. a. 52.

[117] ῾Η libri manuscripti, quod propter *ὀ ν ο μ α ζ ο μ έ ν η* L[1]! *Δονακών ἐ.τ. ὀ ν ο μ α ζ ό μ ε ν ο ς* articulo non indiget, velim videas ad I 22,5.

[118] Cf. VII 21,13 *ἐν Πάτραις δὲ πρὸς τῷ ἄλσει καὶ ἱ ε ρ ὰ δ ύ ο ἐστὶ Σαράπιδος· ἐ ν δ ὲ τ ῷ ἑ τ έ ρ ῳ πεποίηται μνῆμα Αἰγύπτου τοῦ Βήλου.*

[119] Hac fere interpretatione nescio an *κατὰ ταῦτα εἰρήκ.* (*ταὐτὰ* iam L[1]), *οἱ μὲν ἄλλοι τοὐ φασ. αἰσχ.* (*ἄλλου* primi L[1] y[1]), *οὐδὲ ἐκείνου γενέσθαι τ. ἔργ.* (*οἱ δὲ* princeps L[1]) probari possint, quoniam habemus *ἐ ν α ν τ ί α δὲ ἐ ς τ. Ἡσιόδου τ. τελευτήν ἐστ. εἰρημένα, ὅ τ ι μ ὲ ν γ ὰ ρ οἱ παῖδες τ. Γανύκτορος . . . ἔφυγον ἐς Μ ο λ υ κ ρ ί α ν ἐκ Ναυπάκτου . . . κ α ὶ* **αὐτόθι ἀσεβήσασιν ἐς Ποσειδῶνα** *ἐγένετο τ ῇ Μ ο λ υ κ ρ ί δ ι* **σφίσιν ἡ δίκη,** *τ ὰ μ ὲ ν κ α ὶ οἱ π ά ν τ ε ς* **κατὰ ταῦτα** *εἰρήκ.,* **τὴν** *δὲ* **ἀδελφὴν** *. . . οἱ μὲν ἄ λ λ ο ι κτλ.*; de membris quibusdam ordinis sententiarum a Pausania omissis cf. Robert Paus. 12. 13, a. 1. 36 alibique, pro contrario quasi inopinato *οἱ πάντες — οἱ ἄλλοι,* quod videatur tantum esse inopinatum, compares similia infra. *Μ ὲ ν* coniunctio, quam post *ἄλλοι* invenimus, cum ad enuntiatum insequens universum pertineat, in initio posita est, neque aliter *ο ὐ δ ὲ* ei respondens. Pergit auctor per collectionem (quae *δὴ* particula proprie ostenditur) et propositionem *τὰ μ ὲ ν δ ὴ ἐς Ἡ σ ί ο δ ο ν καὶ αὐτὸν καὶ ἐς τὰ ἔπη* **διάφ. ἐπὶ τοσοῦτο** *εἴρ.* (iam *ἐπὶ δὲ . . . τοῦ Ἑλικῶνος* contra *ἔπη*)· *Θ ε σ π ι έ ω ν δ ὲ ἐ ν τ ῇ γ ῇ κτἑ.*

[120] Mollius Clavier ⟨*ἐν*⟩ *τῇ Μολ.*; *Μολυκρίᾳ* pro *Μολυκρί δ ι* Porson, sed Pausanias non abhorret a formis talibus idem valentibus continuatis: ut hic *ἐς Μολυκρίαν — τῇ Μολυκρίδι,* ponimus V 20,3 *κλεῖδα — κλεῖν,* alia paulo infra occurrent.

atque *Κτίμενος καὶ Ἄντιφος ἔφυγον ἐς Μολυκρίαν ἐκ Ναυπάκτου διὰ τοῦ Ἡσιόδου τὸν φόνον καὶ αὐτ. ἀσεβ. ἐς Ποσ. ἐγένετο τῇ Μολυκρίδι σφίσιν ἡ δίκη* illius *τὸν Κάλων . . . φονεύσας Δαίδαλος ἐς Κρήτην ἔφυγε, χρόνῳ δὲ ὕστ. ἐς Σικελ. ἐκδιδράσκει παρὰ Κώκαλον* simillimum esse, utrique enim propter necem fugiunt, alteri in terram Molycriam, sed eadem terra Molycride etiam nefasto scelere commisso puniuntur, alter Calo interfecto effugiens pervenit ad Cocalum. Afferri etiam potest I 19,1 *λέγουσι δὲ ὡς ἐξειργασμένου τοῦ ναοῦ πλὴν* **τῆς ὀροφῆς** *ἀγνὼς ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο Θησεὺς ἐς τὴν πόλιν· οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη καὶ πεπλεγμένης ἐς εὐπρεπές οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγίνετο κατὰ τὸν τοῦ Δελφινίου ναόν, οἱ τὴν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χλευασίᾳ, ὅ τι δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη· Θησεὺς δὲ ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδέν, ἀπολύσας δὲ ὡς λέγεται τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ᾗ σφισι παρῆν,* **τὸν ὄροφον** *ἀνέρριψεν ἐς ὑψηλότερον ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιοῦντο,* mea quidem sententia neque antecedens quicquam commutandum est neque cum Bosio *τὸν ὄροφον* ipsum delendum: *τὴν ὀροφήν*, 'tectum' templi nondum perfecerant, Theseus in altum eicit *τὸν ὄροφον*, id est materiam 'tectum' iam futuram, manifesto enim post *ὀροφὴ* Pausanias hac ambiguitate verbi *ὄροφος*[121]) usus est.[122])

Iam si ludum nominum relinquimus, sepulcrum Cali Aesculapi templum sine adiunctione periegetica subsequitur, forma librorum manuscriptorum vulgata ne *δὲ* particula quidem recte, ut opinor, traditur. Brevis ille *λόγος* sic sane tractatur, ut descriptioni

[121]) Solum tectum est *ὄροφος* cap. 26,7 *φοῖνιξ δὲ ὑπὲρ τοῦ λύχνου χαλκοῦς ἀνήκων ἐς τὸν ὄροφον ἀνασπᾷ τὴν ἀτμίδα.*

[122]) Theseum igitur quasi tectum ipsum, per vehiculum nimirum, in plus altitudinis tecto eicientem fecit. Iohannes Geffcken vero ⟨*ἐς*⟩ *τ. ὄρ.* Schubarti probat, *τὸν ὄρ.* variandi causa post *τὴν ὀρ.* dici. — Liceat ad haec varia ludi nominum exempla ex medio, quod appellamus, aevo addam Tristanis et Isoldae fabulae amatoriae auctorem idem duarum feminarum nomen Isoldae ingeniose instituisse. Sententiam eius etiam Eilhart von Oberge 5690 six expressit:

he dâchte: ich habe Isaldin vlorn,
Isaldin habe ich wedir vunden.

Conferas ea, quae Wolfgang Golther Tristan und Isolde in den Dichtungen des Mittelalters und der neuen Zeit (1907) 24 de hac re exposuit.

ipsi omnino deesse potuerit, verba *τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν κτλ.* quasi ad *τέθαπται Κάλως·* adiunguntur; *λόγος,* cum etiam fabulam proferre hic Pausaniae non interesse viderimus, parenthesis quaedam est alio sonitu vocis pronuntianda, vix ante verbum *Κώκαλον* ad priorem sonum reditur, quare post *Κώκαλον* eandem atque hanc non maximam interpunctionem quam post *Κάλως* ponendam esse puto. Hitzig nec secus Jahn Michaelisque et post *Κάλως* et post *Κώκαλον* punctum posuerunt, Spiro priore loco mediam, posteriore maximam interpunctionem adhibuit, sed, ut orationis conexus ille ambarum descriptionis partium eluceat, non solum post *Κάλως*, sed etiam post *Κώκαλον* media interpunctione utendum est. In Aesculapi fano et simulacra et tabulas pictas esse *θέας ἄξια* generatim audimus. Insequitur exemplum alterius finis, quem ad finem Pausanias scribere voluit: *ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κρήνη, παρ᾽ ᾗ λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα Ἁλιρρόθιον θυγατέρα Ἄρεως Ἀλκίππην αἰσχύναντα ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως.* Sentis hic quoque annominationem quandam litteramque *α* saepius repetitam et chiasmum *Ποσειδῶνος παῖδα — θυγατέρα Ἄρεως.* Inter dona ibi Sarmaticus deligitur thorax. Iam de moribus Sarmatarum complura proferuntur. Ossa pro ferro usurpant. Primum hastae commemorantur, arcus, sagittae osseis cuspidibus instructae; laqueis quoque utuntur; tum demum describitur, quo modo fabricentur loricas ungulis equarum. Sed Pausanias priusquam haec tandem exsequatur, antea de usu equarum verba inserit. Ex ungulis squamarum similia draconum conficiuntur, de quibus draconum squameis similitudo fructus pini additur. Harum descriptione loricarum perfecta linteae comparantur, quales spectari possint cum alibi tum Grynii, ubi lucus Apollinis arboribus pulcherrimus sit. Robert Paus. 30 sq. cum de miro nostro *λόγῳ* agit, quaerit, cur Grynium quidem Pausanias petiverit? Responsionem in promptu esse dicit, nam significare eum de illa Euphorionis descriptione, quae in Chiliadibus de luco Gryneo fuerit.[123]) Sic res se habet. Praedicandum autem esse

[123]) Confert. Serv. Ecl. VI 72 (secundum Euphorionem) 'Gryneum nemus est in finibus Ioniis Apollini consecratum, ubi est lucus arboribus multis iunco gramine floribusque variis omni tempore vestitus'.

mihi videtur rursus[124]) idcirco primum a Pausania Grynium commemorari, quia in Mysia situm haud multum a Magnesia ad Sipylum posita distat. Ita nostro quoque loco populares suos respexit. His tribus paragraphis sic, ut in capitis vicesimi paragraphis inde a quarta ad septimam, Pausanias ab una re: 'Σύλλας Ἀθήνας ἑλών', 'Σαυροματικὸς ἀνάκειται θώραξ' iterum atque iterum ad alias digreditur,[125]) tum hoc, tum illud interponit, desinit in rem ad aequales efficacem. Opponuntur in λόγῳ nostro *ἐπὶ μὲν τοῖς δόρασιν ... φοροῦσι, ... ὀιστοῖς· καὶ σειραῖς ... ταῖς σειραῖς* et *τοὺς δὲ θώρακας ποιοῦνται,* quod oculis quoque media interpunctione contra editores post alterum σειραῖς adhibenda designetur. Haec interpunctio oratione Pausaniae iam flagitatur, nam ab eodem verbo φοροῦσι pendent τὲ et καὶ particulis adiuncta τόξα et ὀιστούς et ἀκίδας, σειραί adduntur haud secus atque quasi ratione anacoluthi usurpatae. Si verba premis, paene dicas a Sarmatis in summis iaculis non solum cuspides gestari sed etiam arcus et sagittas et sagittarum acies, neque enim semel tantum verbum ferendi ex ordinario quidem usu ponendum fuisset. At Pausanias cum plerumque incongruentiae studeat, hic plura membra congruenter posuit, sed eiusmodi sunt, ut proprie vereque congruentia usurpari non queat. Vides Pausaniam in eo certe, quod orationem vulgarem evitare studet, sibi constare. Illae σειραὶ autem, cum complura de iis addantur, vix ipsae quoque ut τόξα e. q. s. a φοροῦσι pendere poterant. Quid? hac anacoluthia quadam cur Pausanias non utatur, qua rursus incongruentiam consequatur? Praeterea eadem voce σειραῖς ineuntis comprehensionis extremus finis quoque obtinetur verbaque interiecta, quantum ad ipsum contextum pertinet, quasi tolluntur, ut in quarta paragrapho videramus ... τέθαπται Κάλως· ... Κώκαλον· τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερόν ... Nostro loco anteit ὀιστοὺς καὶ

---

[124]) Cf. cap. 24,8 (paululo infra), 20,5 (p. 52), 21,3 (p. 77), alibi; Robert Paus. 271.

[125]) Iohannes Geffcken monet eandem rationem consulto aberrandi apud Iustinum apologiae scriptorem occurrere: qui, cum Geffckeni Zwei griechische Apologeten (1907) 97 sqq. comparemus, itemque Tatianus ibd. 105 sqq. nonne apparent sophistae ad talem formam quidem minus fortasse sollertes, quia rei ipsi suae magis dediti?

ὀστίνας[126]) ἀκίδας ἐπὶ τοῖς ὀ ι σ τ ο ῖ ς eodem verbo et in principio et in exitu enuntiati posito simili de causa, ut ea, quae intersunt, quasi tollantur, quia priori membro, quantum ad rem pertinet, paria non sunt.

Singula haec addam. In enuntiato καὶ σ ε ι ρ α ῖ ς π ε ρ ι β ά λ λ ο ν τ ε ς τῶν πολεμίων ὁπόσοις καὶ τύχοιεν, τ ο ὺ ς ἵ π π ο υ ς ἀ π ο τ ρ έ ψ α ν τ ε ς ἀ ν α τ ρ έ π ο υ σ ι τ ο ὺ ς ἐ ν σ χ ε θ έ ν τ α ς τ α ῖ ς σ ε ι ρ α ῖ ς occurrit chiasmus duplex et quaedam anadiplosis.[127]) Praesens περιβάλλοντες vulgatae comprobandum esse puto, nam Sarmatae adversarios laqueis vinctos tenent atque ita evertere student. Neque omnino exempla desunt Pausaniam spatium quoddam actionis vel status praesenti tempore voluisse exprimere.[128]) Velim compares VI 20, 10 ὑ π ε ρ β ά λ λ ο ν τ ι δὲ ἐκ τοῦ σταδίου, καθό τ' οὐ⟨χ⟩ οἱ Ἑλλανοδίκαι καθέζονται, κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἐς τῶν ἵππων ἀνειμένον τοὺς δρόμους καὶ ἡ ἄφεσίς ἐ σ τ ι τῶν ἵππων,[129]) VIII 54, 7 ὑ π ε ρ β ά λ λ ο ν τ ι δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους ἔ σ τ ι ν ἐν ταῖς ἤδη γεωργουμένοις Τεγεατῶν ὅ ρ ο ς καὶ Ἀργείων κατὰ Ὑσιὰς αἳ ἐν τῇ Ἀργολίδι,[130]) IX 24, 5 ἐκ δὲ Κυρτώνων ὑ π ε ρ β ά λ λ ο ν τ ι (aor. Py²) τὸ ὄρος π ό λ ι σ μ ά ἐ σ τ ι Κορσεία; fortasse etiam VIII 7, 1 ὑπερβάλλοντι δὲ ἐς τὴν Μαντινικὴν διὰ τοῦ Ἀρτεμισίου π ε δ ί ο ν ἐ κ δ έ ξ ε τ α ί σε Ἀργὸν καλούμενον, ubi

---

126) Spiro ad hunc et superiorem ipsius versum annotat ʻοἰσίνας, em Palmeriusʼ, scribit ὀστεῖνας, sed κράν ι ν α cum codicibus; Hitzig et Jahn Michaelisque κραν έ ϊ ν α Dindorfio auctore ediderunt. Quoniam per se et hae et illae formae usurpari possunt, e consilio scribendi Pausaniano iudicium petamus. Atqui legimus VIII 18,5 . . ., τὰ μὲν ὑπὸ τῆς Στυγὸς τοῦ ὕδατος ῥήγνυται· κ ε ρ ά τ ι ν α δὲ κ α ὶ ὀ σ τ έ ι ν α σίδηρός τε καὶ χαλκός, . . . ὑπὸ τούτου σήπεται τοῦ ὕδατος, neque dubium est, quin hic enumerationis variandae causae et -ι- et -εϊ- habeamus. Contra in libro primo antithesim duplicem quandam decussatam ἐ π ὶ . . . τ. δ ό ρ α σ ι ν α ἰ χ μ ὰ ς ὀστίνας ἀντὶ σιδήρ. φ., τ ό ξ α τ ε κράνινα κ α ὶ ὀ ι σ τ ο ὺ ς καὶ ὀστίνας ἀ κ ί δ α ς ἐ π ὶ τ. ὀ ι σ τ ο ῖ ς invenimus. Proinde ὀ σ τ ί ν α ς sine ε littera comprobemus, quae forma ex ο ἰ σ ί ν α ς (secundum ὀιστοὺς et ὀιστοῖς videlicet) etiam facilius emendatur quam ὀ σ τ ε ῖ ν α ς.

127) Cf. X 18, 7 ταῦτα ἀ ν έ θ ε σ α ν ἐ π ι θ έ ν τ ε ς οἱ Αἰτωλοὶ Γαλάταις δίκην ὠμότητος ἐς Καλλιέας (ὠμ. ⟨τῆς⟩) ἐς Κ. primus Hitzig, at cf. p. 11.

128) Ceterum pro oratione variata inter participium quoque praesentis et aoristi intercedente conferas Engeli l. l. 93 sqq.

129) Contextum meum alio loco comprobabo.

130) De lectione alibi agam.

Bekker aoristum substituere coepit, IX 32, 2 *πρῶτα μὲν ὄρος ἐστὶ πρὸς θαλάσσῃ, τοῦτο δὲ ὑπερβάλλοντα* (aor. iam Korais) *πεδίον σε ἐκδέξεται καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλο ὄρος*. VIII 25, 5 *πλανωμένῃ γὰρ τῇ Δήμητρι, ἡνίκα τὴν παῖδα ἐζήτει, λέγουσιν ἕπεσθαί οἱ τὸν Ποσειδῶνα ἐπιθυμοῦντα αὐτῇ μιχθῆναι, καὶ τὴν μὲν ἐς ἵππον μεταβάλλουσαν ὁμοῦ ταῖς ἵπποις νέμεσθαι ταῖς Ὀγκίου, Ποσειδῶν δὲ συνίσταται ἀπατώμενος καὶ συγγίνεται τῇ Δήμητρι ἄρσενι ἵππῳ καὶ αὐτὸς εἰκασθείς* cum Leidensi *μεταβαλοῦσαν* editur. Compares IX 30, 11 quoque (*ἀπολλυμένων*, Bekker *ἀπολομένων*) a. 107. — Pro *σειραῖς περιβ. τ. π. ὁπόσοις καὶ τύχοιεν* alii alias proposuerunt coniecturas. *Σειρὰς* nonnullis placuit, Hitzig Bluemnerque Loescheri *ὁπόσ. ἐπιτύχοιεν* acceperunt, Spiro cum Siebelisio *ὁπόσους κ. τ.* edidit. Sed censeo vocem principalem *σειραῖς* ad totam iam comprehensionem, ad verbum finitum *ἀνατρέπουσι* referendam esse, atque ex ea *αὐτὰς* ad *περιβάλλοντες* intellego, dativus autem *ὁπόσοις* vi illius *περιβάλλ.* ex accusativo attrahitur.[131]) Pro (*αὐτὰς*) v. p. 27 et a. 151; cap. 24, 8 *τοῦ ναοῦ δέ ἐστι πέραν Ἀπόλλων χαλκοῦς, καὶ τὸ ἄγαλμα λέγουσι Φειδίαν ποιῆσαι· Παρνόπιον δὲ καλοῦσιν, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν γῆν ἀποστρέψειν*[132]) *ὁ θεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας*, ubi *αὐτὸν* ante *καλοῦσιν*, *αὐτοὺς* post *ἀποστρέψειν* omittitur; '*τρὶς δὲ αὐτὸς ἤδη πάρνοπας ἐκ Σιπύλου τοῦ ὄρους οὐ κατὰ ταὐτὰ οἶδα φθαρέντας*', cf. p. 82. Item cap. 26, 4 *τῆς δὲ εἰκόνος πλησίον τῆς Ὀλυμπιοδώρου χαλκοῦν Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἕστηκεν Λευκοφρύνης, ἀνέθεσαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους· Μάγνητες γάρ, ὧν ἦρχε Θεμιστοκλῆς λαβὼν παρὰ βασιλέως, Λευκοφρύνην Ἄρτεμιν ἄγουσιν ἐν τιμῇ*. Quin etiam in ipso nostro *λόγῳ* statim legimus *ἵππους πολλὰς ἕκαστος τρέφει, . . . ταύταις οὐκ ἐς*

---

[131]) II 3, 6 . . . *ἔστιν ἰδεῖν . . . κρήνη καλουμένη Γλαύκης· . . . ὑπὲρ ταύτην πεποίηται τὴν κρήνην καὶ τὸ καλούμενον ᾠδεῖον, παρὰ δὲ αὐτὸ μνῆμά ἐστι τοῖς Μηδείας παισίν· ἦν ὀνόματα μέν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης, καταλιθωθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίων λέγονται τῶν δώρων ἕνεκα ὧν τῇ Γλαύκῃ κομίσαι φασὶν αὐτούς* ante *ὀνόματα* quoque libri praebent *ὧν*, quod Bekker coepit eicere; propono *ἦν*, de varietate temporum *μνῆμά ἐστι, ἦν ὀνόματα* compares infra ad cap. 22, 4.

[132]) *Ἀποτρέψ.* iam L, sed reminiscaris a. 120, memineris praeterea usum formarum *Σύλλου* et *Σύλλα*, *Κλεοίτου* et *Κλεοίτα* (p. 55).

πόλεμον χρῶνται μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοῖς θύουσιν ἐπιχωρίοις καὶ ἄλλως σιτοῦνται. Quod hac interpretatione prius illud σειραῖς posteriore ταῖς σειραῖς quasi per abundantiam recipitur, Pausaniae orationi minime repugnat. Vidimus enim supra ἀστράγαλόν τε μειρακίων τε καὶ παρθένων, . . ., τούτων εἶναι τὸν ἀστράγαλον παίγνιον VI 24, 7 p. 71. In eodem libro 26, 1 θέατρον δὲ ἀρχαῖον μεταξὺ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ Μηνίου τὸ θέατρόν τε καὶ ἱερόν ἐστι Διονύσου Korais τὸ θέατρόν τε delere voluit. X 18, 7 ἐπίχρυσος δὲ εἰκών, ἀνάθημα Γοργίου τοῦ ἐκ Λεοντίνων, αὐτὸς Γοργίας ἐστὶν εἰκών vix recte inde a Sylburgio alterum εἰκών eiecerunt,[133]) sequitur παρὰ δὲ τὸν Γοργίαν ἀνάθημά ἐστιν Ἀμφικτυόνων Σκιωναῖος Σκύλλις (de quo ifr.), vertemus hanc antithesim 'ein vergoldetes standbild, ein weihgeschenk von Gorgias aus Leontinoi, ist Gorgias selbst als standbild'. De re compara ibd. cap. 15, 1 (cf. p. 28) Φρύνης δὲ εἰκόνα ἐπίχρυσον Πραξιτέλης μὲν εἰργάσατο ἐραστὴς καὶ οὗτος, ἀνάθημα δὲ αὐτῆς Φρύνης ἐστὶν ἡ εἰκών. Noli quoque praeterire VIII 11, 8 στῆλαι δέ εἰσιν ἐπὶ τῷ μνήματι, ἡ μὲν ἀρχαία καὶ ἐπίγραμμα ἔχουσα Βοιώτιον, τὴν δὲ αὐτήν τε ἀνέθηκεν Ἀδριανὸς βασιλεὺς καὶ ἐποίησε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῇ, cum Porson αὐτήν τε omiserit; ibd. 7, 7 Siebelisio auctore in ἔμελλε δὲ ἄρα ὁ δαίμων καὶ τὸ γένος τὸ Κασσάνδρου κακῶς ἐξαμήσειν· Κασσάνδρῳ δὲ οἱ παῖδες ἐκ Θεσσαλονίκης γεγόνασι τῆς Φιλίππου, Θεσσαλονίκῃ δὲ ἦσαν καὶ Ἀριδαίῳ μητέρες Θεσσαλαί. τὰ δὲ ἐς Ἀλέξανδρον καὶ τοῖς πᾶσιν ὁμοίως δῆλά ἐστιν Ἀλεξάνδρου θάνατος κτέ. hoc Ἀλ. θάν. repudiant. Addes etiam I 24, 3 ... ἀνὴρ Κλεοίτου, καί οἱ ... ἐνεποίησεν ὁ Κλεοίτας (v. p. 55) et VIII 24, 10 καὶ ἐπὶ τῶν (cf. a. 51) βασιλευόντων ἐν Φηγίᾳ, τότε ἔτι καλουμένῃ τῇ πόλει Φηγίᾳ, στρατεῦσαί φασιν Ἕλληνας ἐς Τροίαν· σφᾶς δὲ οἱ Ψωφίδιοι τοῦ στόλου φασὶν οὐ μετασχεῖν, ὅτι αὐτῶν τοῖς βασιλεῦσιν οἱ Ἀργείων ἀπηχθάνοντο ἡγεμόνες . . . τῆς ἐπιστρατείας ... κοινωνήσαντες ἐς Θήβας[134]) (cum Bekkero tollunt alterum Φηγίᾳ) et X 25, 9 γέγραπται Μηδεσικάστη,[135]) θυγατέρων

[133]) Sane Geffckenio videtur glossema adesse.

[134]) ⟨Τῆς⟩ ἐς Θ. Schubart primus, sed v. rursus p. 11.

[135]) Γέγραπται ⟨δὲ⟩ Μηδ. iam L¹y¹, sed habemus, credo, non puncto post συνοικ. posito γέγραπται μὲν Ἀνδρομάχη ..., γέγραπται Μηδεσικάστη ...

μὲν Πριάμου καὶ αὕτη τῶν νόθων, ἐξῳκίσθαι δὲ ἐς Πήδαιον πόλιν φησὶν αὐτὴν Ὅμηρος Ἰμβρίῳ Μέντορος παιδὶ ἀνδρὶ ἐς Πήδαιον συνοικοῦσαν (abiciunt *ἐς Πήδ.* inter *ἀνδρὶ* et *συνοικ.* repetitum sequentes Musurum). — In *ἵππους πολλὰς ἕκαστος τρέφει, ὡς ἂν οὔτε ἐς ἰδιωτῶν κλήρους τῆς γῆς μεμερισμένης οὔτε τι φερούσης πλὴν ὕλης ἀγρίας ἅτε ὄντων νομάδων* Hitzig Bluemnerque *ὡς δὴ* substituerunt, Spiro refecit *ὡς ἄν*, id quod ex sententia auctoris fortasse intellegendum est 'quasi . . . terra divisa sit . . ., quia sunt nomades'; confer VII 13, 7 sq., contextum autem, ut sensus satis percipi possit, hunc exscribam: *Μεναλκίδας δὲ ᾕρητο μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐναντία Διαίῳ στρατηγεῖν· ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἔς τε τὴν πᾶσαν πολέμου παρασκευὴν καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς χρήμασιν ἀσθενῶς, πρὸς δὲ καὶ τῆς γῆς σφισιν ἀσπόρου μεμενηκυίας, Μεναλκίδας ὅμως τὰς σπονδὰς ὑπερβαίνει καὶ πόλισμα Ἴασον ἑλὼν ἐξ ἐπιδρομῆς ἐπόρθησεν ὅροις*[136]) *μὲν χώρας τῆς Λακωνικῆς, Ἀχαιῶν δὲ ἐν τῷ τότε ὑπήκοον. ἐξεγείρας δὲ αὖθις Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀχαιοῖς πόλεμον ἐν ἐγκλήμασί τε ἦν ὑπὸ τῶν πολιτῶν καὶ — οὐ γάρ τινα ἐκ τοῦ προσδοκωμένου κινδύνου Λακεδαιμονίοις σωτηρίαν εὕρισκεν — ἀφίησιν ἑκουσίως τὴν ψυχὴν πιὼν φάρμακον. καὶ Μεναλκίδᾳ τέλος τοιοῦτον ἐγένετο, ἄρξαντι ἐν τῷ ἑαυτοῦ νῷ τότε μὲν Λακεδαιμονίων ὡς ἂν ὁ ἀμαθέστατος στρατηγός, πρότερον δὲ ἔτι τοῦ Ἀχαιῶν ἔθνους ὡς ἀνθρώπων ὁ ἀδικώτατος.* Pauca quidem de his verbis sunt disserenda. Post *μεμενηκυίας* codices exhibent *διας*, deterrimi proposuerunt *πείθει*, Krueger *ἐτόλμησεν*. Ego putaverim similitudine antecedentis verbi imminutionem in *διας* effectam esse, ac pro *ὑπερβῆναι* conicio *ὑπερβαίνει*, cf. pro oratione variata *ὑπερβαίνει* — *ἐπόρθησεν* Engeli l. l. 65 sqq. Iam Menalcidas salute non allata mortem sibi conscivit, 'cum praefuisset in ipsius animo', 'in seinem eigenen be-

---

συνοικοῦσαν· ἡ μὲν δὴ Ἀνδρομάχη καὶ ἡ Μηδεσικάστη καλύμματά εἰσιν ἐπικείμεναι, Πολυξένη δὲ κατὰ τὰ εἰθισμένα παρθένοις ἀναπέπλεκται τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ τρίχας, nam *γέγρ. μὲν Ἀνδρ., γ. Μηδεσ.* particulis *μὲν δὴ* recipitur ac *Πολυξένη δὲ* opponitur. Contra *καὶ αἴτητων νόθων* recte L[1] in *καὶ αὕτη τῶν ν.* videtur emendasse.

[136]) *Ἐπόρθησεν* ⟨*ἐν*⟩ *ὅροις* iam L[1], sed *ὄν*, ut saepe, a Pausania omissum est, cf. ifr. ad I 22, 6, et dativum (*ὅροις*) cum genetivo (*χώρας*) compositum alibi reperimus, cp. ad I 22, 1 in loco.

wußtsein', 'tunc Lacedaemoniis quasi imperitissimus dux'. Ὡς ⟨ἂν⟩ ἀνθρ. ὁ ἀδικώτ. quoque praebent codices mali Vindobonensis 23 et Mosquensis, qui Spironis y[1] sunt, et in fine paginae Lugdunensis ille 16 K, at Pausanias hoc ἂν haud ita necessarium varietatis causa omittere potuit. Cur ἑαυτοῦ νῷ Siebelisio auctore respuatur, non satis cognosco. *Λακεδαιμονίοις* ante *σωτηρίαν* Krueger falso delere voluit, nam contra Achaeos et Diaeum Menalcidas et Lacedaemonii sunt principalia nomina, habemus similia in libro primo cap. 21, 3 *τῆς ἀκροπόλεως* (p. 11) et 22, 6 *ἐν ταῖς γραφαῖς* (p. 12).

De verbis nostris *συλλεξάμενοι δὲ τὰς ὁπλὰς . . . ποιοῦσιν ἀπ' αὐτῶν ἐμφερῆ δρακόντων φολίσιν* Hitzigio 'ante *ἐμφερῆ* excidisse videtur *λέπη* vel tale quid', sed Pausaniae sermo similis est cap. 27, 4 *ἔστι δὲ ἀγάλματα χαλκοῦ διεστῶτες ἐς μάχην*, hoc enim melioribus codicibus traditur, editores *ἄνδρες* post *διεστῶτες* ex deterrimis receperunt. VIII 31,7 libri exhibent *κεῖται δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου θεῶν τοσάδε ἄλλων ἀγάλματα τὸ τετράγωνον παρεχόμενα σχῆμα, Ἑρμῆς τε ἐπίκλησιν Ἀγήτωρ καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἀθηνᾶ τε καὶ Ποσειδῶν, ἔτι δὲ Ἥλιος ἐπωνυμίαν ἔχων — Σωτὴρ δὲ εἶναι*[137]) — *καὶ Ἡρακλῆς. ᾠκοδόμηται δὲ καί σφισι μεγέθει μέγα, καὶ ἄγουσιν ἐνταῦθα τὴν τελετὴν ταῖς Θεαῖς.* Schubartum, qui cum codice deteriore Parisino 1399 post *σφισι* lacunam indicavit, sequitur Hitzig, Schubart Walzque *μέγαρον* excidisse putaverant, quod probat Frazer cl. I 39, 5. III 25, 9. VIII 37, 8. IX 8, 1, Kayser Jb. f. Ph. 1854, 389 pro *καί σφισιν* legere vult *κλισίον* cl. IV 1, 7, reliqui editores, interque eos Spiro, *ἱερόν* ante *σφισι* addunt. Arbitror ne hic quidem quicquam nobis periisse.[138]) Nostri verbi *ἐμφερῆ* numerum quoque recte servatum esse ostenditur sequente plurali *ταῦτα*, qui numerus ad *ἐμφερῆ* tantum referri potest, nam id, quod interest: *τὸ ἔργον τὸ ἐκ τῆς ὁπλῆς*, exhibet singularem atque una ex illis parenthesibus est, quibus ipsam narrationem quasi non interrumpi statuimus, quare non solum post *φολίσιν*, sed etiam ante *ταῦτα* mediam interpunctionem malim. Comparationis principalia verba *δρά-*

---

[137]) Hanc lectionem alibi confirmabo.
[138]) Plus exemplorum alio loco afferam.

κοντα — *πίτυος* inter se componuntur. Incongruentia levis est *χρῶνται θώραξιν οὔτε εὐπρεπείᾳ τῶν Ἑλληνικῶν ἀποδέουσιν οὔτε ἀσθενεστέροις*, substantivo cum participio respondet adiectivum, cf. Engeli l. l. 36. Variatio temporum *συστάδην τυπτόμενοι καὶ βληθέντες ἀνέχονται* ad sensum valet (contra Engelium l. l. 94), vertendum enim erit 'plagas comminus pugnantium et ictus sustinent' vel Germanice 'die schläge im nahkampf und schüsse'. Confero pro simili usu temporum etiam cap. 6, 5 (*Ἀντίγονος καταβαίνει ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον. πρὶν δὲ ἢ καταβῆναι πάλιν ἦγεν ὀπίσω τὴν στρατιάν, Δημήτριον ἀκούων ὑπὸ Πτολεμαίου μάχῃ κεκρατῆσθαι.* Hitzig, quem Spiro secutus est, *διαβῆναι* scripsit, quoniam re vera Antigonus usque ad Hellespontum processerit. Mea sententia Pausanias variis plane eiusdem verbi temporibus contrarium voluit efficere: Antigonus proficiscitur quidem ad Hellespontum; sed priusquam prorsus perveniat, reverti cogitur; convertemus Germanice 'Antigonos zieht zum Hellespont hinab. bevor er aber hinab war'. Restat sane aliquid inopinati, de hoc statim disputabimus. — In illo Sarmatarum *λόγῳ* loricis sertis linteae opponuntur, de quibus per antithesim dicitur atque incongruenter, quanto usui sint proeliantibus, quanto venantibus: *μαχομένοις μὲν οὐχ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι, . . . θηρεύοντας δὲ ὠφελοῦσιν, . . .*, tum per anaphoram quandam *οἱ δὲ θώρακες οἱ λινοῖ κτλ.* — *θώρακας δὲ λινοῦς ἰδεῖν* commemoratur, ubi *spectari* possint. Verbum *ἰδεῖν* collocatione idcirco excellit, quia alterum Pausaniae consilium *θεωρημάτων* describendorum hac notione designatur. Accedit, quod hoc hyperbato gravissimo *θώρακας δὲ λινοῦς ἰδεῖν ἔν τε ἄλλοις ἱεροῖς ἔστιν ἀνακειμένους καὶ ἐν Γρυνείῳ* extrema incipiente comprehensione adhibito animi magis ad reditum verborum similium, atque a quibus totus *λόγος* noster tam varius exorsus erat, convertuntur: *Σαυροματικὸς ἀνάκειται θώραξ* — *θώρακας . . . ἀνακειμένους.* — Incongruentia ea, ut adiectivo enuntiatum relativum respondeat, est *δένδρων καὶ ἡμέρων καὶ ὅσα τῶν ἀκάρπων ὀσμῆς παρέχεταί τινα ἢ θέας ἡδονήν.* Contrarie, etsi non omnino per congruentiam, audimus VIII 35, 8 *τάφος ἐστὶ Καλλιστοῦς χῶμα γῆς ὑψηλὸν δένδρα ἔχον πολλὰ μὲν τῶν ἀκάρπων, πολλὰ δὲ καὶ ἥμερα.* — Copulae omissae usum

supra commemoravi. Rursus θέας ἡδονήν in fine comprehensionis positum et ab altero membro ὀσμῆς seiunctum magis elucet. Traiectio autem iam exstitit ἐναποκλῶνται γάρ σφισι καὶ λεόντων ὀδόντες καὶ παρδάλεων (contra VIII 22, 4 ὄρνιθας καλουμένας Στυμφαλίδας, λεόντων καὶ παρδάλεων οὐδέν τι ἡμερωτέρας ἀνθρώποις), ubi caesuram quandam post ὀδόντες sentis atque annominationem λεόντων ὀδόντες καὶ παρδάλεων. Ex inopinato videtur dictum esse οἱ δὲ θώρακες οἱ λινοῖ μαχομένοις μὲν οὐχ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι, διιᾶσι γὰρ καὶ βιαζόμενοι τὸν σίδηρον. Hitzig καὶ inclusit, Emperi coniecturam καταβιαζόμενοι, quod verbum secundum Hitzigium apud Pausaniam non invenitur, receperunt Jahn Michaelisque. Librorum contextum καὶ βιαζόμενοι cum Spirone tenendum esse putaverim, cum ad rem enodandam adhibeam verba Caesaris b. G. I 25, 3—5 'Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod...scutis... ictu pilorum transfixis..., cum ferrum se inflexisset, neque evellere neque . . . satis commode pugnare poterant, multi ut . . . praeoptarent . . . nudo corpore pugnare'. Ut non idem, ita non prorsus dissimile quicquam Pausanias fortasse sic sensit, ut loricae linteae, etsi ferrum doment, primam videlicet acerrimamque vim frangant, tamen tela non adeo prohibeant, ut corpora omnino non feriantur. Ipse iam memineris cap. 6, 5, de quo paululo ante dixi. Conferas etiam pro necopinato contrario cap. 23, 10 τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον τὸν παγκρατιαστὴν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου γραψάντων ἑτέρων παρίημι· ἐς δὲ Φορμίωνα τοσόνδε ἔχω πλέον γράψαι, item II 3, 2 sq. ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐξιόντων τὴν ἐπὶ Λεχαίῳ προπύλαιά ἐστι καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν ἅρματα ἐπίχρυσα . . .· ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τῶν προπυλαίων ἐσιοῦσιν[139]) ἐν

---

[139]) Exstat epanodus (cf. ad I 22, 3 in loco) per contrarium decussatum ἐκ δὲ τ. ἀγ. ἐξιοῦσιν προπύλαιά ἐστιν — ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω τῶν προπυλαίων ἐσιοῦσιν ἔσοδός ἐστι τ. Πειρήνης. 'Initur' videlicet eodem, quo Pirenae quoque 'initus' est 'in aquam' (admonemur de nominibus urbium, quae 'Aquae', 'Aquae Sextiae' sunt), conveniunt οἰκήματα insequentia, conferas descriptionem bibliothecae Hadriani I 18, 9 (quam alio loco etiam tractabo). Ita in Hitzigi ἐξιοῦσιν offendimus. Accedunt ea, quae Robert Paus. 124 a. 1 contra dixit. Idem praedicavit Herculem hic ἀλεξίκακον, custodem igitur esse aditus.

δεξιᾷ ἐστιν Ἡρακλῆς χαλκοῦς, μετὰ δὲ αὐτὸν ἔσοδός ἐστι τῆς Πειρήνης ἐς τὸ ὕδωρ· ἐπὶ δὲ αὐτῇ λέγουσιν ὡς ἡ Πειρήνη γένοιτο ὑπὸ δακρύων ἐξ ἀνθρώπου πηγή. τὸν παῖδα ὀδυρομένη Κεγχρίαν ὑπὸ Ἀρτέμιδος ἀκούσης ἀποθανόντα, κεκόσμηται δὲ ἡ πηγὴ λίθῳ λευκῷ, καὶ πεποιημένα ἐστὶν οἰκήματα σπηλαίοις κατὰ ταὐτά, ἐξ ὧν τὸ ὕδωρ ἐς κρήνην ὕπαιθρον ῥεῖ πιεῖν τε ἡδὺ καὶ τὸν Κορίνθιον χαλκὸν διάπυρον καὶ θερμὸν ὄντα ὑπὸ ὕδατος τούτου βάπτεσθαι λέγουσιν, ἐπεὶ χαλκός γε οὐκ ἔστι Κορινθίοις· ἔστι γε δὴ καὶ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα πρὸς τῇ Πειρήνῃ καὶ περίβολός ἐστιν, ἐν δὲ αὐτῷ γραφὴ τὸ Ὀδυσσέως ἐς τοὺς μνηστῆρας ἔχουσα τόλμημα, ubi primus Krueger lacunam post *χαλκός* indicavit. Satis facile sane *ἄλλος* post *χαλκὸς* per haplographiam poterat excidere, et sentit scriptor Corinthium aes, quod appellatur, aes non commune esse, verum ex hoc effici demum illud, cum Pirena fonte sacro coloratum rigidumque fiat;[140]) reperies autem eiusmodi contraria infra p. 108. —

Cp. 22,1. 2.

Verbis *ἔν τε ἄλλοις ἱεροῖς . . . καὶ ἐν Γρυνείῳ, ἔνθα Ἀπόλλωνος κάλλιστον ἄλσος* respondet initium proximi capitis vicesimi alterius *μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ταύτῃ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσι Θέμιδος ναός ἐστι, κέχωσται δὲ πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτῳ.* Respicias chiasmum *Ἀπόλλωνος ἄλσος,* | *ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ, Θέμιδος ναός, μνῆμα Ἱππολύτῳ.* Dativus *Ἱππολύτῳ* incongruentiae causa contra genetivos praecedentes positus est. Adde Hitzigi Bluemnerique notam de *οἱ* ante *βίου τ. τελευτήν.* Dicunt enim *οἱ* sic saepe a Pausania usurpari, ut coniungi cum verbo iam nequeat itaque pro genetivo

---

[140]) Haec vis non mira est, quoniam Pirenae Dianam auctorem exstitisse invitam *λόγῳ* probatur, 'est quidem vero etiam Apollinis simulacrum ad Pirenam'. Statuam quoque Dianae affuisse vix iam falso coniciemus. *Ἔστι γ. δ.* secundum Parisinum illum 1410 scribendum esse nego, nam statui contrarium *χαλκός γε οὐκ ἔστι Κορινθίοις· ἔστι γε δὴ . . . Ἀπόλλωνος ἄγ.*: non ipsi Corinthii, immo numine adipiscuntur aes suum; pro forma antitheseos compares infra ad I cap. 22, 3; *Ἀπόλλωνος* etiam ad *περίβολος* referendum est, cf. iterum ad I 22, 3 in loco.

appareat, conferunt II 10,6. III 2,1. V 1,5. VII 1,3. VIII 2,1; 25,10. IX 7,3; 13,1. Invenimus vero alibi quoque dativum genetivi loco, si alter genetivus iuxta collocatus est. Velim respicias II 29,10 *καταγνωσθεὶς δὲ οὐκ ἀναίτιος εἶναι Φώκῳ τῆς τελευτῆς* et IX 22,6 *τούτων τε δή ἐστι τῇ Ἀνθηδόνι μνήματα* (Siebelis ⟨*ἐν*⟩ *τῇ Ἀνθ.* voluit). Alia exempla sunt II 31,6 *ἀρχαῖος μὲν οὖν καὶ Φωκαεῦσι τοῖς ἐν Ἰωνίᾳ ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς . . ., ἀρχαῖος δὲ καὶ ὁ Σαμίοις Ἀπόλλωνος Πυθίου,* ubi primus Schubart *ὁ* ante *Σαμίοις* delevit, V 10,8 *τὰ μὲν δὴ ἔμπροσθεν τοῖς ἀετοῖς ἐστι Παιωνίου . . ., τὰ δὲ ὄπισθεν αὐτῶν Ἀλκαμένους,* quamvis facile *ἐν*, quod cum Facio desiderant, post *ἔμπροσθεν* excidere potuerit, VIII 25,6 *τὰ δὲ ἀγάλματά ἐστι τὰ ναῷ ξύλου, πρόσωπα δέ σφισι καὶ χεῖρες ἄκραι καὶ πόδες εἰσὶ Παρίου λίθου* contra ⟨*ἐν τῷ*⟩ *ναῷ ξ.* a deterrimo Vindobonensi 23 iam coniectum. Sed similis dativus etiam genetivo nullo apposito reperitur, id quod alio loco ostendam. — Non sine similitudine sonitus, dummodo appellationem litterarum et pronuntiationem verborum respiciamus, videtur esse . . . *ναός ἐστι, κέχωσται* . . . in fine et initio enuntiatorum, cf. II 13,4 *παρὰ δὲ Φλιασίοις τῇ θεῷ ταύτῃ καὶ ἄλλαι τιμαὶ καὶ μέγιστον τὸ ἐς τοὺς ἱκέτας ἐστί· δεδώκασι γὰρ δὴ ἄδειαν ἐνταῦθα ἱκετεύουσι, λυθέντες δὲ οἱ δεσμῶται τὰς πέδας πρὸς τὰ ἐν τῷ ἄλσει δένδρα ἀνατιθέασιν* in finibus enuntiatorum. Minime vero hoc fortuito audimus, nam in rebus quoque describendis artificio Pausaniam usum esse iam cognoscemus. Constat enim Themidem in templo Veneris *ἐφ' Ἱππολύτῳ,* quae appellatur, una fuisse cultam, qua de re conferas Judeichi librum laudatum, Robert id Paus. 204 sqq. demonstravit. Atqui cum Themis ab uno Pausania commemoretur, scriptor Veneris *ἐφ' Ἱππολύτῳ,* quae tamen (non adeo quidem posteriore quadam aetate) domina templi fuit principalis, mentionem omnino non fecit. Qui ergo hoc fit? Ex propinquitate sepulcri Hippolyti a legentibus Venerem *ἐφ' Ἱππολύτῳ* conici Pausaniam voluisse Robert dicit 205. Neque id negaverim.[141]) Primum autem de hac Venere idcirco expressis

---

[141]) Ut hic Themis ad Venerem, Nemesis ad Amorem spectat cap. 33,7, cf. p. 53.

verbis dubito[142]) an non admonuerit, quia nomen *Ἀφροδίτης*, quo magis paulo infra exstaret et emineret ineunte paragrapho tertia post fabulam Phaedrae eiusque nomen in extremo loco positum, anticipare itaque vim extenuare noluit. Quae ratio ordine quidem converso, sed similis est atque cap. 20,4 vox *κατασκεύασμα* pro nomine odei antea iam consumpto, ubi item eandem quam hic Roberti explicationem una probavimus. Accedit vero potissimum, quod Pausanias duplex contrarium rerum et id decussatum videtur in animo habuisse: nonne consulto eum composuisse arbitrabimur sepulcrum Cali — Aesculapi sacrum, Themidis templum — monumentum Hippolyti? Nonne formam traductionum iam notavimus *ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου τέθαπται Κάλως· τοῦτον τὸν Κάλων ... Κώκαλον· τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερόν — μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ταύτῃ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσι Θέμιδος ναός ἐστι, κέχωσται δὲ πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτῳ*? Necato Calo Aesculapius medicus opponitur, domicilio Iustitiae Hippolytus interfectus. Ita principali aedis dominae locus non relinquitur. Atque inter *ναός ἐστι* et *κέχωσται* virgula, non puncto distinguendum est. Disputemus etiam de similibus contrariis nonnullis rerum. Praeter II 20,6 *καὶ Διός ἐστιν ἐνταῦθα ἱερὸν Σωτῆρος, καὶ παριοῦσιν ἐς τὸ οἴκημα ἐνταῦθα τὸν Ἄδωνιν αἱ γυναῖκες Ἀργείων ὀδύρονται, ἐν δεξιᾷ δὲ τῆς ἐσόδου τῷ Κηφισῷ πεποίηται τὸ ἱερόν*, quod p. 57 tractavi, conferas V 20,3 *κατὰ δὲ ἑκατέραν πλευρὰν τῇ μὲν Ἀσκληπιὸς καὶ τῶν Ἀσκληπιοῦ θυγατέρων Ὑγεία ἐστίν, ἔστι δὲ καὶ Ἄρης καὶ Ἀγὼν παρ᾽ αὐτόν, τῇ δὲ Πλούτων καὶ Διόνυσος Περσεφόνη τε καὶ Νύμφαι κτλ.*, ubi acerrimam antithesim decussatam corruperunt, cum *ἔτι δὲ* pro *ἔστι δὲ* Bekkero auctore substituerint; de membris contrariorum congruentibus compara pro hoc exemplo et antecedente infra ad paragraphum tertiam. IX 2,1 sqq. legerim *γῆς δὲ τῆς Πλαταιίδος ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ὀλίγον τῆς εὐθείας ἐκτραπεῖσιν ἐς δεξιὰ Ὑσιῶν καὶ Ἐρυθρῶν ἐρείπιά ἐστι· ... ἐπανελθοῦσι δὲ ἐς τὴν λεωφόρον ἐστὶν αὖθις ἐν δεξιᾷ ..... αὕτη μὲν ἀπ᾽ Ἐλευ-*

---

142) Omnino contra pugnat Petersen Rh. M. l. l. 497 sq.; cf. etiam Schenkl l. l. nr. 40 Oct. 7 col. 1250. Sane ego inter libros inclusus de locis Venerum duarum certi quicquam iudicare non iam ausim.

θερῶν ἐς Πλάταιαν ἄγει, τοῖς δὲ ἐκ Μεγάρων ἰοῦσι πηγή τέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καὶ προελθοῦσιν ὀλίγον πέτρα· καλοῦσι δὲ τὴν μὲν Ἀκταίωνος κοίτην . . ., ἐς δὲ τὴν πηγὴν ἐνιδεῖν λέγουσιν αὐτὸν λουμένης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ πηγῇ . . . ἐγὼ δὲ ἄνευ θεοῦ πείθομαι νόσον λύσσαν τοῦ Ἀκταίωνος ἐπιλαβεῖν τοὺς κύνας· . . . καθότι δὲ τοῦ Κιθαιρῶνος Πενθεῖ τῷ Ἐχίονος ἐγένετο ἡ συμφορὰ ἢ Οἰδίποδα ὅπῃ τεχθέντα ἐξέθεσαν, οἶδεν οὐδείς, καθάπερ γε ἴσμεν τὴν Σχιστὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Φωκέων, ἐφ᾽ ᾗ τὸν πατέρα Οἰδίπους ἀπέκτεινεν, ὁ δὲ Κιθαιρὼν τὸ ὄρος Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου ⟨καὶ Ἥρας Κιθαιρωνίας⟩ ἐστίν· ἃ δὴ καὶ ἐς πλέον ἐπέξειμι, ἐπειδὰν ἐς αὐτὰ ὁ λόγος καθήκῃ μοι. Primi Schubart Walzque eicere voluerunt verba *ὁ δὲ Κιθ. τ. ὄρ. Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου ἐστίν.* Quae Robert Paus. 105 a. suo iure mihi videtur defendisse. Sed ne transponenda quidem post *καθήκῃ μοι* ea esse putaverim. Robert ipse in contextu sensum sic explanat, ut ab auctore dicatur locus fabulae Actaeonis notus esse, at ignotus esse locus fabulae Penthei et expositionis Oedipodis, cum locus eius parricidi notus sit; alterum autem secundum Pausaniae sententiam una accedere opinor, in communibus enim viis et primum et quartum facinus commissa sunt, media duo in Cithaerone Iovis sacro: horum locum accuratius haud norunt, prorsus constant illorum. Itaque composita invenimus *τοῦ Κιθαιρῶνος οἶδεν οὐδείς, ἴσμεν τὴν Σχιστὴν ὁδόν, ἐφ᾽ ᾗ τὸν πατέρα Οἰδίπους ἀπέκτεινεν, ὁ δὲ Κιθαιρὼν τὸ ὄρος Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου ἐστίν.* De verbis *ἃ δὴ καὶ ἐς πλέον ἐπέξειμι, ἐπειδὰν ἐς αὐτὰ ὁ λόγος καθήκῃ μοι* Spiro ad X 5,3 nos revocat. Nec vero minus certe IX 3,7 sqq. adhibendum esse mihi videtur.[143])

---

[143]) Restituerim equidem contextum hunc: *τὸ δὲ ἄγαλμα κοσμήσαντες παρὰ τὸν Ἀσωπὸν καὶ ἀναθέντες ἐπὶ ἅμαξαν, γυναῖκα ἐφιστᾶσι νυμφεύτριαν· οἱ δὲ αὖθις κληροῦνται καθ᾽ ἥντινα τάξιν τὴν πομπὴν ἀνάξουσι· τὸ δὲ ἐντεῦθεν τὰς ἁμάξας ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πρὸς ἄκρον τὸν Κιθαιρῶνα ἐλαύνουσιν. εὐτρέπισται δέ σφισιν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους βωμός, ... αἱ μὲν δὴ πόλεις καὶ τὰ τέλη θήλειαν θύσαντες τῇ Ἥρᾳ βοῦν ἕκαστοι καὶ ταῦρον τῷ Διὶ τὰ ἱερεῖα οἴνου καὶ θυμιαμάτων πλήρη καὶ τὰ δαίδαλα ὁμοῦ καθίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, ἰδιῶται δὲ ὁπόσα θύουσιν οἱ πλούσιοι· τοῖς δὲ οὐχ ὁμοίως δύναμις, τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων θύειν καθέστηκε, καθαγίζειν δὲ τὰ ἱερεῖα ὁμοίως ἅπαντα· σὺν δέ σφισι καὶ αὐτὸν τὸν βωμὸν ἐπιλαβὸν τὸ πῦρ ἐξανήλωσε, μεγίστην δὴ ταύτην φλόγα καὶ ἐκ μακροτάτου σύνοπτον οἶδα ἀρθεῖσαν. ὑπὲρ δὲ τῆς κορυφῆς, ἐφ᾽ ᾗ τὸν βωμὸν*

Et hoc loco et lectione in P¹ *κιθαιρωνίας* respectis nescio an post *Διὸς ἱερὸν Κιθαιρωνίου* supplendum sit *καὶ Ἥρας Κιθαιρωνίας*. Deinde contrarium rerum tale, quale in libro primo 21,4, contemplemur X 19,1 sqq. *παρὰ δὲ τὸν Γοργίαν ἀνάθημά ἐστιν Ἀμφικτυόνων Σκιωναῖος Σκύλλις, ὃς καταδῦναι καὶ ἐς τὰ βαθύτατα θαλάσσης πάσης ἔχει φήμην, ἐδιδάξατο δὲ καὶ Ὕδναν τὴν θυγατέρα δύεσθαι· οὗτοι περὶ τὸ ὄρος τὸ Πήλιον ἐπιπεσόντος ναυτικῷ τῷ Ξέρξου βιαίου χειμῶνος προσεξειργάσαντό σφισιν ἀπώλειαν, τάς τε ἀγκύρας καὶ εἴ δή τι ἄλλο ἔρυμα ταῖς τριήρεσιν ἦν ὑφέλκοντες· ἀντὶ τούτου μὲν οἱ Ἀμφικτύονες καὶ αὐτὸν Σκύλλιν καὶ τὴν παῖδα ἀνέθεσαν (ἐν δὲ τοῖς ἀνδριᾶσιν ὁπόσους Νέρων ἔλαβεν ἐκ Δελφῶν, ἐν τούτοις τὸν ἀριθμὸν καὶ Ὕδνης ἀπεπλήρωσεν εἰκών), καταδύονται δὲ ἐς θάλασσαν γένους τοῦ θήλεος αἱ καθαρῶς ἔτι παρθένοι· τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ἔρχομαι διηγησόμενος λόγον Λέσβιον· ἁλιεῦσιν ἐν Μηθύμνῃ τὰ δίκτυα ἀνείλκυσαν ἐκ θαλάσσης πρόσωπον ἐλαίας ξύλου πεποιημένον, τοῦτο ἰδέαν παρείχετο*

ποιοῦνται, πέντε που μάλιστα καὶ δέκα ὑποκαταβάντι σταδίους νυμφῶν ἐστιν ἄντρον Κιθαιρωνίδων, ... Voluit *κομίσαντες* pro *κοσμήσαντες* Sylburg princeps, at v. a. 41. — *Ἐπὶ κορυφῇ* vulgata recte fortasse praebet, reliqui *ἐπὶ τῇ κορ.* exhibent, conferas p. 55 et a. 154. — Cur (propter sequens *καθαγίζειν δὲ τὰ ἱερεῖα ὁμοίως ἅπαντα*) iam antea *ὁμοῦ καθαγίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ* secundum L¹ scribendum sit, non plane cognosco. Praeterea *καθίζουσιν* ipsis verbis *τὰ ἱερ. ὁμοίως ἅπαντα*, 'item tota', confirmatur; adde praecipue interpretationem meam ad verba *μεγίστην δὴ ταύτην φλόγα* comprobanda. Neque forte audimus . . . *τὰ ἱερεῖα* . . . . *καὶ τὰ δαίδαλα ὁμοῦ* | *καθίζουσιν ἐπὶ τοῦ βωμοῦ* |. — *Ὁπόσα ⟨δὴ⟩ θύουσιν* et *οὐχ ὁμ. δυναμ⟨ένο⟩ις* Schubart Walzque conicere coeperunt, sed auctor vix hic inter se opposuit divites et minus locupletes, immo sensus erit 'contra urbes in ara ponunt privati, quanta divites (*καθίζουσιν ἀπὸ κοινοῦ*), his (*τοῖς* pro *τούτοις*, cf. a. 52) autem non eadem (quae urbibus videlicet) potentia (sc. est, cf. p. 18): exiliores pecudes immolare constat, sacrificare quidem victimas item totas' (de coniunctione inter . . . *δύναμις* et *τὰ λεπτότερα* . . . omissa conferas p. 18). — *Μεγίστην δὲ ταύτην φλόγα* iam L¹ y¹, at *δή*, quod melioribus codicibus y² et P¹ traditur, antecedentibus quam maxime consentaneum esse censeo, nam concremantur victimae **totae** et simulacra (*δαίδαλα*, § 4 *δαίδαλον γὰρ δὴ καὶ τὸ ξόανον αὐτὸ ὀνομάζουσι*), una crematur ara, in qua haec omnia posita erant, immanis **igitur** flamma fit. — Quare tandem Bekkeri *ὑπὸ δὲ τῆς κορυφῆς* recipiendum est? Nonne antrum nympharum ultra cacumen aram sustinens degresso situm esse poterat, id est in descensu contra viam, qua ascendebat pompa?

φέρουσαν μέντοι ἐς τὸ θεῖον, ξένην δὲ καὶ ἐπὶ θεοῖς Ἑλληνικοῖς οὐ καθεστῶσαν· εἴροντο οὖν οἱ Μηθυμναῖοι τὴν Πυθίαν ὅτου θεῶν ἢ καὶ ἡρώων ἐστὶν ἡ εἰκών, ἡ δὲ αὐτοὺς σέβεσθαι Διόνυσον Κεφαλῆνα ἐκέλευσεν· ἐπὶ τούτῳ οἱ Μηθυμναῖοι ξόανον μὲν τὸ ἐκ τῆς θαλάσσης παρὰ σφίσιν ἔχοντες καὶ θυσίαις καὶ εὐχαῖς τιμῶσι, χαλκοῦν δὲ ἀποπέμπουσιν ἐς Δελφούς. Hic contrarium statuendum est καταδύοντ. ἐς θάλ. γένους τοῦ θήλεος αἳ καθαρῶς ἔτι παρθένοι — ἔρχ. διηγησόμ. λόγον Λέσβιον, cum Schubart verba καταδ.... παρθένοι eicere coeperit. Omnino velim respicias non deesse relationes inter compositiones enuntiatorum et singula verba contrario antecedentia idque sequentia, reperimus enim ἀνάθημά ἐ. Ἀμφικτυόνων Σκιωναῖος Σκύλλις, ὃς καταδῦναι ... ἔχει φήμην, ἐδιδάξατο δὲ ... τὴν θυγατέρα δύεσθαι· οὗτοι περὶ τὸ ὄρος τὸ Πήλιον ... τῷ Ξέρξου ... ὑφέλκοντες· ἀντὶ τούτων μὲν οἱ Ἀμφικτύονες ... ἀνέθεσαν (... Νέρων ἔλαβεν ἐκ Δελφῶν ... εἰκών), καταδ. δὲ ἐς θάλασσαν ...· τὸ ἀπὸ τούτου δὲ ... Λέσβιον· ἁλιεῦσιν ἐν Μηθύμνῃ τ. δ. ἀνείλκυσεν ἐκ θαλάσσης ... ἐπὶ θ. Ἑλληνικοῖς οὐ καθεστῶσαν· εἴροντο οὖν οἱ Μηθυμν. τὴν Πυθίαν ... ἡ εἰκών ... Διόνυσον ... ἐπὶ τούτῳ οἱ Μηθυμναῖοι ξόανον μὲν ... παρὰ σφίσιν ἔχοντες ... χαλκοῦν δὲ ἀποπέμπουσιν ἐς Δελφούς. Ἀπεπλήρωσεν ⟨ἡ⟩ εἰκών iam L¹, sed quamquam auctor vix in dubio relinquere voluit, quin Hydna Nerónis eadem fuerit ac princeps illa ab Amphictyonibus dedicata, tamen ἡ propter sermonem eius nescio an supplendum non sit. Saepius enim cum eandem rem, de qua iam dixerat, rursus commemoret, articulum omittit, perinde quasi novi quidquam afferat; compares, quaeso, iam in hoc libello a. 158. Deinde φέρουσαν μέντοι· ('certe') ἐς τὸ θεῖον, ξένην δὲ comprobo, L¹ τοι omittendi initium fecit, τι exhibet y². Bacchum nostrum Lobeck Agl. 1086 Φαλλῆνα esse posuit. Neque hoc nego, attamen fortasse formam Κεφαλήν, 'Capito', falsa originatione quadam[144]) ex eo petitam, quod caput solum simulacri inventum esse dicebant, non scribis demum Pausaniae ascribendam esse puto. Affero denique contrarium rerum IX 16,6 sqq. statuendum. Quae hoc loco legimus, ut difficultate quadam contextus Pausaniae ex ipsius quidem

[144]) Id fere sentio, quod volksetymologie appellamus. Commutandum esse Gruppe quoque Gr. Myth. u. Religionsgeschichte 1422 a. 8 negat.

sentential iudicandi vacare non videntur, ita magni propter sermonem intersunt. Optime sane rationem auctoris et artificia ostendere possunt, si partem satis magnam promimus formamque sic illustrare studemus, ut primo quasi aspectu emineat, quam totum et particulae quaelibet inter se sint conexa et relata. Atque hic quoque elucebit, *quam sit necesse in Pausania explicando non singula verba neque etiam enuntiata respiciamus, sed comprehensionum universam compositionem.* Simul spero verba auctoris saepius me restituere posse. Iam liceat singula in exscribendo membra perspicuitatis causa faciam insignia; qua in re uncis rotundis ita fere utar, ut Robert Paus. 75 in I 1,5 sq.[145]) Numeris autem, quae additurus sum, animos legentium ad miram congruentiam quandam *κώλων* inter se respondentium advertere cupio, qua adductus rhythmum illum orationis pedestris (ut equestris Francogallorum) *ad syllabas dinumerandas* apud Pausaniam spectare coniciam. Describam igitur

§16,6: 12 *πρός τισι*[146]) *καλουμέναις πύλαις Προιτίσι*
8 *θέατρον ᾠκοδόμηται,*
5 *καὶ ἐγγυτάτω* *τοῦ θεάτρου* 4
8 *Διονύσου ναός ἐστιν* *ἐπίκλησιν Λυσίου* 7
10 (*Θηβαίων γὰρ αἰχμαλώτους ἄνδρας* *ἐχομένους ὑπὸ Θρᾳκῶν,* 8
5 *ὡς ἀγόμενοι* *κατὰ τὴν Ἁλιαρτίαν ἐγίνοντο,* 12 *ἔλυσεν ὁ θεὸς* 6
10 *καὶ ἀποκτεῖναί σφισι τοὺς Θρᾷκας* *παρέδωκεν ὑπνωμένους*)· 8
7 *ἐνταῦθα οἱ Θηβαῖοι*
4 *τὸ ἕτερον* *τῶν ἀγαλμάτων* 5 *φασὶν εἶναι Σεμέλης* 7

---

145) *Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐς Ἀθήνας ἐκ Φαληροῦ ναὸς Ἥρας οὔτε θύρας ἔχων οὔτε ὄροφον (Μαρδόνιόν φασιν αὐτὸν ἐμπρῆσαι τὸν Γωβρύου· τὸ δὲ ἄγαλμα τὸ νῦν δὴ καθὰ λέγουσιν Ἀλκαμένους ἐστὶν ἔργον· οὐκ ἂν τοῦτό γε ὁ Μῆδος εἴη λελωβημένος), ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐστὶν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος (ταύτην τὴν Ἀντιόπην κτλ.).*

146) *Πρός τισι καλουμέναις πύλαις Προιτίσι* secundum vulgatam scripsi, edunt *πρὸς δὲ ταῖς κ. π. Π.* cum reliquis codicibus. Sed *δὲ* haud necessarium est, cf. p. 80, ifr. a. 158; hic porta Electrae et Cadmea antecesserunt, de quibus videas apud Robertum Paus. 169 sq. Articulus *ταῖς* propter *καλουμέν.* omitti potest, id quod intellegas ifr. c pag. 108. Voce *τισι* addita auctor nobis occurrere portam quandam tantum, non oppidi portam propriam fortasse significare voluit, conferas ea, quae Robert l. l. 171 sqq. de portis Thebanis disseruit. Quod eadem porta cap. 8, 4 iam commemorata erat, non obstat: similiter Cadmea quoque bis profertur 12, 3 et 16, 5 (cf. ap. Robertum 170, 100 sqq.).

10 (ἐνιαυτοῦ δὲ ἅπαξ ἑκάστου τὸ ἱερὸν ἀνοιγνύναι σφίσιν[147]) 10
6 ἐν ἡμέραις τακταῖς),
16,7: 12 καὶ οἰκίας τῆς Λύκου τὰ[148]) ἐρείπια
8 καὶ Σεμέλης μνῆμά ἐστιν, Ἀλκμήνης δὲ οὐ μνῆμα 7
11 (γενέσθαι δὲ αὐτὴν ὡς ἀπέθανε λίθον φασὶν ἐξ ἀνθρώπου, 8
9 καί Μεγαρεῦσι τὰ ἐς αὐτὴν οὐχ ὁμολογοῦσι· 6
9 διάφορα δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ὡς τὸ πολὺ ἀλλήλοις 7 λέγουσιν Ἕλληνες)· 6
7 Θηβαίοις δὲ ἐνταῦθα
9 καὶ τὰ μνήματα πεποίηται τῶν Ἀμφίονος παίδων, 7
3 χωρὶς μὲν τῶν ἀρσένων, 4
4 ἰδίᾳ δὲ ταῖς παρθένοις· 4
17,1: 4 πλησίον δὲ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν 9 Εὐκλείας, 3
9 Σκόπα δὲ τὸ ἄγαλμα ἔργον
4 (ταφῆναι δὲ ἐντὸς τοῦ ἱεροῦ 6 θυγατέρας Ἀντιποίνου λέγουσιν 11
9 Ἀνδρόκλειάν τε καὶ Ἀλκίδα.
13 μελλούσης γὰρ πρὸς Ὀρχομενίους γενέσθαι μάχης Θηβαίοις καὶ Ἡρακλεῖ, 9
7 λόγιόν σφισιν ἦλθεν ἔσεσθαι τοῦ πολέμου κράτος 9 ἀποθανεῖν αὐτοχειρίᾳ θελήσαντος, 13
11 ὃς ἂν τῶν ἀστῶν ἐπιφανέστατος κατὰ γένος ἀξιώματι.[149]) 9
6 Ἀντιποίνῳ μὲν οὖν — τούτῳ γὰρ 3 τὰ ἐς τοὺς προγόνους 6
9 μάλιστα ὑπῆρχεν ἔνδοξα — οὐχ ἡδὺ ἦν 4 ἀποθνήσκειν πρὸ τοῦ δήμου, 8
13 ταῖς δὲ Ἀντιποίνου θυγατράσιν ἤρεσκε,
9 διεργασάμεναι δὲ αὑτὰς τιμὰς ἀντὶ τούτων ἔχουσι)· 9
17,2: 4 τοῦ ναοῦ δὲ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος 8
7 λέων ἐστὶν ἔμπροσθε λίθου πεποιημένος 7

---

[147]) *Σφίσιν* restitui, neque enim ita raro Pausanias verbum dicendi intellectum vult, id quod alio loco exsequar.

[148]) *Τὰ* male cum L¹ eiciunt, sequitur per varietatem *Σεμέλης μνῆμα*, atque conferas de articulo p. 57.

[149]) *Ὃς ἂν τ. α. ἐπιφανέστατος κατὰ γένος ἀξιώματι* (sine *ἢ*) P¹ y, *κ. γένους ἀξίωμα ἢ* iam L¹, sed adhibeas ad dativum *ἀξιώματι* probandum VII 9,4 *Λυκόρτας . . οὐδὲ ἀξιώματι οὐδενὸς Ἀρκάδων ὕστερος* ('auch durch sein ansehen nicht', *οὔτε* princeps Bekker) *καί τι καὶ φρόνημα κατὰ φιλίαν προσειληφὼς τὴν Φιλοποίμενος*, de vi aestimationis, qua quis fruitur, a. 160 ex., pro *ἢ* propter sermonem sollemnem omisso *καὶ ἦν ἐξ ἀνθρώπων* IV 26,6 a. 104, ceterum videas Il. *E* 481 *κτήματα πολλά, τά τ' ἔλδεται ὅς κ' ἐπιδευής*, Aesch. Ag. 1312 Eng.-Pl. *ἀλλὰ κοινωσώμεθ', ἄν* (sec. G. Hermann., *ἂν* cdd.) *πως ἀσφαλῆ, βουλεύματα.*

12 (ἀναθεῖναι δὲ ἐλέγετο Ἡρακλῆς Ὀρχομενίους 5 καὶ τὸν βασιλέα αὐτῶν 8 Ἐργῖνον 3 νικήσας τῇ μάχῃ), 6
4 πλησίον δὲ Ἀπόλλων τέ ἐστιν 6 ἐπίκλησιν Βοηδρόμιος 9
5 καὶ Ἀγοραῖος Ἑρμῆς καλούμενος 6
3 (Πινδάρου καὶ τοῦτο ἀνάθημα), 7
7 ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων 7
9 ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τῶν τάφων μέν, 6
5 εἰ δὲ ἡ τέφρα καὶ ἐς τόδε ἔτι 6 ἀπὸ τῆς πυρᾶς· 5
17,3: 4 πλησίον δὲ Ἀμφιτρύωνος 5
12 δύο ἀγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ζωστηρίας 11
11 (λαβεῖν γὰρ τὰ ὅπλα αὐτὸν[150]) ἐνταῦθα,
12 ἡνίκα Εὐβοεῦσι καὶ Χαλκώδοντι ἔμελλεν ἀντιτάξασθαι· 8
8 τὸ δὲ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώσασθαι, 12
5 καὶ δὴ Ὅμηρον, Ἄρει τοῦ Ἀγαμέμνονος[151]) ποιήσαντα 12
7 ἐοικέναι τὴν ζώνην,
11 τῶν ὅπλων τὴν σκευήν φασιν εἰκάζειν)·
17,4: 10 Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι[152]) οὐ μέγα 10
8 (ὑφαιρεῖσθαι ἐθέλουσιν[153]) ἀπ' αὐτοῦ τῆς γῆς 5
5 οἱ Τιθορέαν ἐν τῇ Φωκίδι ἔχοντες, 8
5 ἐθέλουσι δέ, ἐπειδὰν τὸν ἐν οὐρανῷ[154]) 8 ταῦρον ὁ ἥλιος διεξίῃ, 10
5 τηνικαῦτα γὰρ ἣν[155]) ἀπ' αὐτοῦ λαβόντες γῆν 8 τῷ Ἀντιόπης μνήματι 8

---

[150]) *Τὰ ὅπλα αὐτῶν* P¹ y; *αὐτὸν* L¹, sed non bene posuit *αὐτὸν τὰ ὅπλα*, nam certe auctor composuit *αὐτὸν ἐνταῦθα*, voxque principalis *τὰ ὅπλα* sic exstat, cf. a. 50.

[151]) *Τὸν Ἀγαμέμνονα* L¹ sequentes substituunt, at cl. a. 160 iam interpretor 'Homerum de Agamemnone finxisse ('vom Ag. gedichtet': respicias vim articuli haud fortuito additi, cf. p. 106) Marti consimilem esse eius zonam'; ad *ἐοικέναι* intellego *αὐτόν*, cf. p. 27. 84, comparationem compendiariam, quam cum acc. Graec. ex Homero hic petivit (B 477 sqq. *μετὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων, | ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ, | Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι*) apud auctorem reperiri alio loco probabo.

[152]) *Ἐν κοινῷ γῆς χῶμά ἐστιν οὐ μέγα* primus Schubart, sed copulam ne in primariis quidem enuntiatis poni opus esse cognovimus, cf. p. 18. Contrarium habemus *τὰ μνήματα πεποίηται τῶν Ἀμφίονος παίδων, χωρὶς μὲν τῶν ἀρσένων, χωρὶς δὲ ταῖς παρθένοις — Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ Ἀμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι οὐ μέγα*, accedit § 6 fin. — § 7 in. (a. 158).

[153]) *Ὑφαιρεῖσθαι ⟨δὲ⟩ ἐθέλ.* iam L¹, at melius est reliquorum asyndeton adversativum, cf. § 6 *ἐπίφθονα δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσι· λέγουσιν Ἀντιόπην κτλ.*, v. p. 39 quoque.

[154]) *Τῷ* ante *οὐρανῷ* omisi secundum vulgatam, cf. a. 143.

[155]) *Ἣν* cdd., edd.; *περιάψωσι* post *μνήματι* addere L¹ coepit. Propono

7 ⟨*Τι*⟩*θορεεῦσιν οἴσει καρπὸν ἡ χώρα,* 5 *Θηβαίοις δὲ οὐχ ὁμοίως·* 8
5 *καὶ ἐπὶ τούτῳ φρουρὰν οἱ Θηβαῖοι τότε* 8 *ἔχουσι τοῦ μνήματος.* 7
17,5: 8 *ταῦτα δὲ αἱ πόλεις αὗται πεπιστεύκασιν* 5 *ἐκ χρησμῶν τῶν Βάκιδος,* 7
5 *ἔστι γὰρ καὶ τὰ*[156]) *ἐν τοῖς χρησμοῖς·* 4
ἀλλ' ὁπόταν Τιθορεὺς Ἀμφίονί τε Ζήθῳ τε
. . . .
. . . . . *Φώκου δ' ἐπὶ σῆμα φερόντων.*
17,6: 5 *Φώκου δὲ μνῆμα ὁ Βάκις εἴρηκεν* 6 *ἐπὶ αἰτίᾳ τοιᾷδε.* 8
6 *ἡ γυνὴ τοῦ Λύκου Διόνυσον θεῶν* 6 *μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ·* 8
11 *παθούσης*[157]) *δὲ αὐτῆς τὰ λεγόμενα Διόνυσος νεμεσᾷ τῇ Ἀντιόπῃ.* 12
12 *ἐπίφθονοι δὲ ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσι·* 12
10 *λέγουσιν Ἀντιόπην μανῆναι καὶ ἐκστᾶσαν τῶν φρενῶν* 7
11 *κατὰ πᾶσαν πλανᾶσθαι τὴν Ἑλλάδα,*
12 *Φῶκον τὸν Ὀρνυτίωνος τοῦ Σισύφου περιπτύσσειν ἥτις ἦν* 7
11 *καὶ ἔχειν γυναῖκα ἰασάμενον·*
8 *καὶ δὴ ὁ τάφος ἐν κοινῷ τῇ Ἀντιόπῃ καὶ Φώκῳ πεποίηται*)· 12
17,7: 12 *τοῦ*[158]) *παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα τοὺς λίθους οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται* 9

---

possessivum *ἦν*, cf. p. 68, atque interpretor 'tunc enim cum suam ab eo sumpserunt terram Antiopae sepulcro, Tithorienses fructum capient . . .'. Ab anacoluthia adhibenda, quippe qua species *ἀφελείας* potissimum praebeatur, Pausanias minime abhorret, cf. a. 52, et exstat Storchi Syntaxeos Pausanianae particula prima de anacoluthis (Vratisl. 1869), addas eiusdem commentationem Waldenburgiensem Silesiam (1872); Engeli l. l. 144 sqq. Nomen *Τιθορεεῦσιν* in libris praeter L² prima syllaba *τι* per haplographiam caret, id quod facilius post *μνήματι* quam post *περιάψωσι* accidit.

[156]) *Τά*⟨*δε*⟩ iam P¹ L¹ contra *τὰ* vulgatae, cf. a. 52.

[157]) Codicum *ποθούσης* Kuhn emendavit; deinde post *Φῶκον* cum L¹ *δὲ* inseritur, pro *περιτίθοσιν ἥτις ἦν*, quod P¹y praebent, ex L¹ *περιτυχεῖν αὐτῇ* accipitur. De Lyci quidem domo scriptor cap. 16,7 mentionem fecerat, Dircam uxorem cap. 25,3 demum commemorabit; de Antiopa et Phoco maxime X 32,10 sq. compares. 'Bacchus Antiopae suscenset. Invidum quidem semper e dis nimium poenae est: narrant Antiopam in furorem actam per totam errasse Graeciam, Phocum eam amplexari, quaecumque erat, atque habere uxorem sanatam. Hic quoque asyndeton post *Φῶκον* acrius videtur. Complexum Phoci Antiopa e gravi poena Bacchi nanciscitur; *περιτυχεῖν αὐτῇ* inertius est, *περιπτύσσειν* facilius etiam emendatur (*περΙΠΤΎΣΣΕιν* : *περΙΤΊΘΟΣιν*) et optime cum *ἥτις ἦν* quoque consentit.

[158]) Rursus *δὲ* cum L¹ infercitur, cf. a. 146; etiam *τὸ* ante *Ἀμφίονος μνῆμα,* quod iterum cum L¹ addunt, vix probandum est, cf. prorsus idem cap. 5,8, postquam in enuntiatis praecedentibus de Amphione dictum est, *λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐν Ἅιδου δίκην δίδωσιν Ἀμφίων ὧν ἐς Λητὼ καὶ τοὺς παῖδας καὶ αὐτὸς ἀπέρριψε* (⟨*ὁ*⟩ *Ἀμφ.* hic quoque iam L¹) et p. 95. Inter se opponuntur *καὶ δὴ ὁ τάφος ἐν κοινῷ τῇ Ἀντιόπῃ καὶ Φώκῳ πεποίηται* — *τοῦ*

8 *μήτε*[159]) *ἄλλως εἰργασμένοι* *πρὸς τὸ ἀκριβέστατον* 7
8 *ἐκείνας εἶναι*[160]) *τὰς πέτρας*
9 *αἳ τῇ ᾠδῇ τοῦ Ἀμφίονος* *ἠκολούθησαν*, 5

παρὰ Ἀμφίονος μνῆμα τοὺς λίθους οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, respondet § 4 in. (v. a. 153).

[159]) *Μηδὲ* Spiro substituit; sed membro antecedenti vis negationis inest: lapides negligenter positi sunt neque aliter facti accuratius; copula participium caret, cf. p. 18.

[160]) Secundum L[1] edunt *τοὺς δὲ παρὰ τὸ Ἀμφίονος μνῆμα λίθους, ἐκείνας εἶναί* ⟨*φασι*⟩ cum Musuro volunt, secus Hitzig Bluemnerque, Engeli l. l. 152 (cf. a. 147); *κιθαρῳδοῦντι ἕποιτο αὐτῷ* Schubart Walzque conicere coeperunt. Nescio an *τοῦ* cum infinitivo interpretandum sit ʻquod ad Amphionis monumentum lapides . . . illa sint saxa, quae cantui Amphionis obsecuti sunt, talia autem altera dicuntur etiam de Orpheo, ut citharae ad sonum canenti affictae sunt ei bestiaeʼ. Pausanias igitur negaret (ʻdaß . . . sein sollenʼ) hos lapides eosdem esse, qui Amphionem secuti esse ferebantur (omnino saxa esse mota forsitan non negaret, sed confer cap. 5,7 paulo infra), in tali autem fabula, ut falsum quoque narretur, haud mirum esse, quoniam similia etiam Orpheo ascribantur, ut eidem bestiae quoque affingantur. Pro constructione verborum *τοῦ . . . εἶναι* compares similem iam apud Thucydidem II 75 (*Ἀρχίδαμος*) *περιεσταύρωσεν αὐτοὺς . . . τοῦ μηδένα ἔτι ἐξίεναι*. De coniunctione *δὲ* in enuntiato primario oriente addita adhibeas a. 164. *Ποιεῖν* cum dativo non ita aliter usurparetur ac *λέγειν, φάναι, λόγον γράφειν*, (*οὐ*) *φροντίδος ποιεῖσθαι*, de quibus in contextu agimus; vide, ne conferenda sint cap. 5,8 *ὁ δὲ τὰ ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας φησὶν Ἀμφίονα χρήσασθαι λύρᾳ πρῶτον Ἑρμοῦ διδάξαντος· πεποίηκε δὲ καὶ λίθων καὶ θηρίων, ὅτι καὶ ταῦτα ᾄδων ἦγε*, ubi cum Schubarto *περὶ* ante *λίθων* inserunt (ibd. § 9 *κατὰ δὲ τὴν τιμωρίαν τοῦ Ἀμφίονος ἔστιν ποιήσεως Μινυάδος, ἔχει δὲ ἐς Ἀμφίονα κοινῶς καὶ ἐς τὸν Θρᾷκα Θάμυριν*, de quibus verbis conservandis alibi potero agere), X 11,5 *Ποτιδαιατῶν δὲ τῶν ἐν Θράκῃ καὶ Συρακουσίων, τῶν μέν ἐστιν ὁ θησαυρὸς ἀπὸ τοῦ Ἀττικοῦ τοῦ μεγάλου πταίσματος, Ποτιδαιᾶται δὲ εὐσεβείας τῆς ἐς τὸν θεὸν ἐποίησαν* (*εὐσεβείας* ⟨*ἕνεκα*⟩ Robert Paus. 302); VI 1,2 *ὁπόσοις δὲ ἢ αὐτοῖς εἶχεν ἐς δόξαν καὶ τοῖς ἀνδριᾶσιν ὑπῆρχεν ἄμεινον ἑτέρων πεποιῆσθαι, τοσαῦτα καὶ αὐτὸς μνησθήσομαι*, ʻquot vel ipsis erat laudi ac statuis suberat melius alteris esse existimatos, tanta ipse quoque commemoraboʼ (*αὐτοῖς* ⟨*τι*⟩ *εἶχεν* princeps Bekker; *ἢ καὶ τοῖς ἀνδρ.* iam L[1]. compares de simili usu *ἢ* et *καὶ* coniunctionum infra ad I 5,3 ctr. ibd. 21,6 *νεύροις ἵππων καὶ βοῶν συρράψαντες*, ut Spiro recte, *ἢ* primus Amasaeus): non gloriam, immo famam *λόγοις* gloriosam praedicare Pausaniae interest. cf. paulum iam a. 149; VIII 37,2 *καί οἱ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐξ ἀρχῆς τε μὴ ἂν σφαλῆναι τὴν Ἑλλάδα, εἰ Πολυβίῳ τὰ πάντα ἐποιεῖτο, καὶ ἁμαρτούσῃ δι' ἐκείνου βοήθειαν αὐτῇ γενέσθαι μόνον*, ʻsi Polybio universa attributa fuissentʼ, *τ. πάντα ἐπείθετο* iam Musurus.

10 τοιαῦτα δὲ ἕτερα λέγεται καὶ περὶ Ὀρφέως, 6
10 ὡς κιθαρῳδοῦντι πεποίηται αὐτῷ τὰ θηρία. 6
18,1 : 10 ἐκ Θηβῶν δὲ ὁδὸς ἐς Χαλκίδα κατὰ πύλας ταύτας ἐστὶ τὰς Προιτίδας. 12

Sed haec hactenus, satis enim erunt ad ea, quae proposueramus, comprobanda. De capite 17,2 Robert Paus. 174 sqq. verba *ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τῶν τάφων· μένει* (sic contrahit cum L[1]) *δὲ ἡ τέφρα καὶ ἐς τόδε ἔτι ἀπὸ τῆς πυρᾶς* a scriba archetypi per errorem omissa, cum hoc in apographo suo comparando sensisset atque ea ante enuntiatum a *πλησίον* incipiens legi sibi notavisset, non ante *πλησίον δὲ Ἀρτέμιδος*, sed ante *πλησίον δὲ Ἀμφιτρύωνος* collocata esse contendit. Quidnam intercedere rogo liberorum Niobae cum Mercurio Forensi Pindari? Neque nos miraturos esse, si legeremus *ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων ἥμισυ σταδίου μάλιστα ἀπὸ τούτων τῶν ἀγαλμάτων*, at hic dici, quam longe rogus distet a sepulcro versibus septendecim ante commemorato. Pertinere autem rogum ad sepulcrum, bene rem se habituram esse, si feceris transpositionem. Accedere, quod in enuntiato *πλησίον δὲ Ἀμφιτρύωνος δύο ἀγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ζωστηρίας* secundum Pausaniae sermonem voci *ἀγάλματα* praeter *Ἀθηνᾶς* etiam *Ἀμφιτρύωνος* adiunctum esse non possit. Itaque post *Ἀμφιτρύωνος* lacunam indicatam esse, quam alii compluribus verbis, Spiro nomine *ἀνάθημα* prorsus ex re suppleverit. Neque vero adesse lacunam, nam enuntiatione illa secreta apparere *π λ η σ ί ο ν δὲ Ἀπόλλων τέ ἐστιν ἐ π ί κ λ η σ ι ν Βοηδρόμιος καὶ Ἀγοραῖος Ἑρμῆς καλούμενος, Π ι ν δ ά ρ ο υ καὶ τοῦτο ἀ ν ά θ η μ α, π λ η σ ί ο ν δὲ Ἀ μ φ ι τ ρ ύ ω ν ο ς δύο ἀγάλματα λίθινα λέγουσιν Ἀθηνᾶς ἐ π ί κ λ η σ ι ν Ζωστηρίας*, desideratum igitur et desiderandum *ἀνάθημα* in priore parte enuntiati *ἀπὸ κοινοῦ* esse positum. Quantam etiam de reliquo huius comprehensionis esse sollertiam! Videntur tamen nonnulla esse respondenda. Duo enim genetivos reperimus X 29,7 *γυναικῶν τῶν κατειλεγμένων ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἥ τε Σαλμωνέως θυγάτηρ ἐστὶν ἐπὶ πέτρας καθεζομένη, καὶ Ἐριφύλη παρ' αὐτήν ἐστιν*[161]) *ἑστῶσα, διὰ μὲν τοῦ χιτῶνος ἀνέχουσα ἄκρους παρὰ τὸν τράχηλον τοὺς δακτύλους, τ ο ῦ χ ι τ ῶ ν ο ς δὲ ἐν τοῖς*

---

[161]) Falso *ἐστιν* L[1] sequentes eiciunt, cf. ifr. ad I 22,3.

κοίλοις εἰκάσεις τῶν χειρῶν ἐκεῖνον τὸν ὅρμον αὐτὴν ἔχειν, ubi cum Kaysero *τῇ ἑτέρᾳ* post *τῶν χειρῶν* inserunt, sed sensum agnosco alium: Eriphyla monile suum tunica occultatum gestat, 'per tunicam secundum collum', inter summam igitur tunicam et collum 'sursum extremos tenet digitos', ita manibus fit caverna intra tunicam, atque 'in tunicae caverna manibus facta suspicaberis illud monile eam tenere'.[162]) Nec vero hunc nobis genetivorum usum omnino adesse puto. Nam *Ἀμφιτρύωνος* cum *λέγουσιν* coniungo et interpretor 'ad Amphitruonem referunt', compares VII 23,8 *ἐγὼ δὲ ἀποδέχεσθαι μὲν τὰ εἰρημένα, οὐδὲν δέ τι Φοινίκων μᾶλλον ἢ καὶ Ἑλλήνων ἔφην τὸν λόγον*, X 6,4 *οἱ δὲ μητρὸς μὲν Μελαίνης φασὶν αὐτόν*.[163]) Similia etiam sunt IX 30,9 *ἀφικέσθαι δὲ τοῖς Λιβηθρίοις παρὰ τοῦ Διονύσου μάντευμα ἐκ Θρᾴκης . . . οἱ μὲν δὴ οὐ πολλῆς φροντίδος ἐποιοῦντο τὸν χρησμόν, . . . ἐπεὶ δὲ ἐδόκει τῷ θεῷ, . . .* (non *δι' οὐ* Sylburgi!), X 24,3 *ταῦτα ἡμεῖς ἀκούσαντές τε καὶ ἐπιλεξάμενοι τοὺς χρησμοὺς ἰδίᾳ δὲ οὐδένα αὐτῶν λόγον οὔτε ἐς πατρίδα οὔτε περὶ ἡλικίας Ὁμήρου γράφομεν*.[164]) Sic dedicantem posse significari docetur I 24,3 *κράνος ἐστὶν ἐπικείμενος ἀνὴρ Κλεοίτου, καί οἱ τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς ἐνεποίησεν ὁ Κλεοίτας* (cf. p. 55), IV 31,10 . . . *ἐστὶν ἀγάλματα, . . . πόλις τε ἡ Θηβαίων καὶ Ἐπαμινώνδας ὁ Κλεόμμιδος Τύχη τε καὶ Ἄρτεμις Φωσφόρος, τὰ μὲν δὴ τοῦ λίθου Δαμοφῶντος, ὃς εἰργάσατο . . ., ἡ δὲ εἰκὼν τοῦ Ἐπαμινώνδου ἐκ σιδήρου τέ ἐστι καὶ ἔργον ἄλλου, οὐ τούτου* (ubi Spironis *Δαμοφῶν αὐτοῖς εἰργάσ.* improbo), cum artifex intellegatur I 26,4 *τούτου* (sc. *τοῦ Ἐνδοίου*) *καθήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειε δὲ Ἔνδοιος*. — Una cognovisti

---

[162]) De traiectione *τ. χ. ἐν τοῖς κοίλοις εἰκάσεις τῶν χειρῶν* conferas p. 12, 88. Coniecturam Roberti *ᾧαν μὲν τοῦ χιτ. ἀνέχ. ἄκροις π. τ. τ. τοῖς δακτύλοις* ne Spiro quidem in contextum suscepit neque cum Roberto delevit *ἐκεῖνον*, quod cum miro Eriphylae gestu monilis consentit; accedit ratio numeri syllabarum.

[163]) *Μὲν* tenendum, non eiciendum vel *εἶναι* substituendum esse alibi demonstrabo.

[164]) *Αὐτοὶ* Frazer; *δὲ* particulam post *ἰδίᾳ* conservandam esse alio loco elucebit.

etiam *εἶναι*, quod post *λίθινα* facile potuit excidere, minime necessarium esse.[165]) Porro quod subito visum est narrari, quam longe rogus liberorum Niobae a sepulcro absit, hoc specie tantum mirum esse censeo, pono enim coniunctionem *πλησίον Ἀρτέμιδος ναός ἐστιν, πλησίον δὲ Ἀπόλλων ἐστίν, ἀπέχει δὲ ἡ πυρὰ τῶν Ἀμφίονος παίδων*, ac per breviloquentiam quandam *ἀπέχει δὲ ἡ π. τ. Ἀ. π.* pro *ἔστι δὲ ἡ πυρὰ τ. Ἀ. π.*, *ἣ ἀπέχει* dici arbitror, conferas, quaeso, I 23,9 sq. *ἀνδριάντων δὲ ὅσοι μετὰ τὸν ἵππον ἑστήκασιν, Ἐπιχαρίνου δὲ*[166]) *ὁπλιτοδρομεῖν ἀσκήσαντος τὴν εἰκόνα ἐποίησε Κριτίας, Οἰνοβίῳ δὲ ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου χρηστόν, . . ., . . . τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον τὸν παγκρατιαστὴν καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου . . . παρίημι κτλ.*, alia alibi disseram. Rerum quoque adesse coniunctionem iam demonstrare conabor. Amphionis liberis monumenta facta sunt, separatim virilium, separatim virginibus; prope colitur Diana virginum interfectrix: nominatur Praedicabilis, prope est Apollo adulescentulorum interfector: appellatur Adiutor, est rogus interfectorum (et a sepulcro quidem semistadio remotus): contra prope Amphitruoni ascribunt duo simulacra Minervae Cingentis: hic cinctum Amphitruonem exstitisse victorem. Niobae igitur liberis et Latonae infestis in eos per epanodum antithetam commemoratis opponuntur Amphitruo et dea ei favens. Profecto Diana praecipue etiam tuetur numine suo iustitiam civilem, itaque in urbibus et in foris est forensis (*ἀγοραία*) et Praedicabilis (*Εὔκλεια*), cf. Preller-Robert Gr. Myth. I⁴ 320. Cum Diana autem Praedicabili congruit Apollo Adiutor, convenit cum hoc et illa Mercurius Forensis.[167]) Si non sic res se haberet, per paren-

---

[165]) Velim addas I 24,6 *εἶναι δὲ Ἀριμασποὺς μὲν ἄνδρας μονοφθάλμους πάντας ἐκ γενετῆς, γρῦπας δὲ θηρία λέγουσιν ⟨λέουσιν⟩ εἰκασμένα, πτερὰ δὲ ἔχειν καὶ στόμα ἀετοῦ* (*λέγουσιν* cdd., *λέουσιν* scribunt cum Xylandro, propono per haplographiam *λέγουσιν ⟨λέουσιν⟩* et V 26,1 *Μεσσήνιοι δὲ αὐτοὶ λέγουσι τὸ ἀνάθημά σφισιν ἀπὸ τοῦ ἔργου τοῦ ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ μετὰ Ἀθηναίων* (*πραχθέντος εἶναι* addidit Spiro, sed adhibeas p. 11).

[166]) Non *μὲν*: *δὲ* recte manuscriptis tradi alio loco ostendam.

[167]) Cf. Preller-Robert l. l. 393 quoque '. . . Apollon und Hermes ein sehr eng und innig verbundenes Brüderpaar . . ., das sich gegenseitig in allen Dingen hilft und vertritt, wie sich ihre Thätigkeit denn wirklich bei aller Verschiedenheit ihres Wesens in vielen

thesim Pindari statuam esse interiectam contendere potuissemus, ut I 24,3[168]) Hermas inter Minervam Artificem et Studiosum ad Parthenonem pertinentes. Amphionem patrem, non Niobam matrem hic Pausanias dixit, quia sequitur *Ζήϑῳ δε μνῆμα καὶ Ἀμφίονι κτἑ.*, Niobam invenimus I 21,3 (p. 73). Ceterum videtur dubitare, num cinis busti Amphionis liberorum, quod vocabant, etiam usque ad suam aetatem a rogo sit. Id enim verbis *μέν*, *εἰ* servatis significari apparet; copula rursus deest, cf. p. 18. Neque scio an propterea quoque distantiam enarraverit, quod ipsa hac dubium augetur. Qua ratione saepius *λόγους* in descriptione subiecta quasi praetereat, supra p. 18 explicare studui; inde usus uncorum probatur. Hic *λόγῳ* contrarium nostrum etiam confirmatur. Nam intra fanum eiusdem Praedicabilis, quae illas necaverit, Antipoeni filias sepultas esse ferunt, quae sua sponte sibi mortem pro patria consciverint, atque Herculem ei victoria parta leonem dedicavisse;[169]) ut Pindarus quoque Mercurio Forensi statuam dicavit, quae cum Adiutore iuxta rogum illorum est, prope rursus est Amphitruonis victoris statuas Minervae. —

Sed haec de contrariis rerum hactenus, redeamus ad libr. I. *Λόγος* ille de Phaedra et Hippolyto principio universe tantum significatur, sed idem Troezeniorum sepulcro Hippolyti allato accurate enarratur usque ad Phaedrae cupidinem, quae novo *λόγῳ* illustratur. Decussatum est *ὅ τε ἔρως τῆς Φαίδρας καὶ τῆς τροφοῦ τὸ ἐς τὴν διακονίαν τόλμημα.* Principalia verba huius amoris mortiferi componuntur: *τὰ ἐς τὸν ϑάνατον ἐρασϑεῖσα ἐβούλευσε.* Sequitur *μυρσίνη δέ ἐστι Τροιζηνίοις τὰ φύλλα διὰ πάσης ἔχουσα τετρυπημένα· φῦναι δὲ οὐκ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν λέγουσιν, ἀλλὰ τὸ ἔργον γεγενῆσϑαι τῆς ἐς τὸν ἔρωτα ἄσης καὶ τῆς περόνης ἣν ἐπὶ ταῖς ϑριξὶν εἶχεν ἡ Φαίδρα.* Pro *αὐτὴν* coniecturam

---

Punkten berührt und ergänzt. . . .: beide Brüder auch an Gestalt und Gemüth einander nahe verwandt, . . ., beide auf allen Straßen und Plätzen zu Hause, . . ., beide auch in dem örtlichen Gottesdienste oft neben einander verehrt'.

[168]) De quo loco alibi plura erunt necessaria.

[169]) Respicias chiasmum *πλησίον δὲ Ἀρτέμιδος ναός ἐστιν Εὐκλείας — τοῦ ναοῦ δὲ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος* et compositionem nominum *Ἀρτέμιδος | λέων.*

Herwerdeni *τοιαύτην* Hitzig Bluemnerque et Jahn Michaelisque receperunt, sed *αὐτὴν* videtur esse 'eandem', 'eine gleiche, sie als gleiche', similia alio loco poterunt afferri. — Articulum sic, ut ante *ἔργον*, legimus II 20,7 *παρὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Κηφισοῦ Μεδούσης λίθου πεποιημένη κεφαλή· Κυκλώπων φασὶν εἶναι καὶ τοῦτο τὸ ἔργον*, ubi *τὸ* secundum eos codices, qui siglo L[1] comprehenduntur, vix recte omiserunt. Alia alibi tractabo. — Oratio nostra . . . *λέγουσιν* . . . *τ. ἔ. γεγενῆσθαι τῆς ἐς τὸν ἔρωτα ἄσης καὶ τῆς περόνης ἣν. ἐ. τ. θρ. εἶχεν ἡ Φαίδρα* simili sonitu haud caret. Atque in libro II 32,3 sq. audimus de Troezeniis .... *στάδιόν ἐστιν Ἱππολύτου καλούμενον καὶ ναὸς ὑπὲρ αὐτοῦ Ἀφροδίτης Κατασκοπίας· αὐτόθεν γάρ, ὁπότε γυμνάζοιτο ὁ Ἱππόλυτος, ἀπέβλεπεν ἐς αὐτὸν ὁρῶσα*[170]) *ἡ Φαίδρα. ἐνταῦθα ἔτι πεφύκει ἡ μυρσίνη, τὰ φύλλα ὥς καὶ πρότερον ἔγραψα ἔχουσα τετρυπημένα· καὶ ἡνίκα ἠπορεῖτο ἡ Φαίδρα καὶ* ***ῥαστώνην τῷ ἔρωτι*** *οὐδεμίαν εὕρισκεν, ἐς ταύτης τὰ φύλλα* ***ἐσιναμώρει τῆς μυρσίνης.*** *ἔστι δὲ καὶ τάφος Φαίδρας, ἀπέχει δὲ οὐ πολὺ τοῦ Ἱππολύτου μνήματος· τὸ δὲ οὐ πόρρω κέχωσται τῆς μυρσίνης*, Pausanias hic quidem ipse nos ad priora sua verba revocat.[171]) Tamen Phaedrae in folia murti saevitiam repetit. Cur repetit? Potissimum certe sonorum causa, recordare, quaeso, supra p. 65. — De coordinatione *τὸ ἔργον γεγ. τῆς ἐς τὸν ἔρωτα* ***ἄσης καὶ*** *τῆς* ***περόνης*** *ἣν ἐπὶ ταῖς θριξὶν εἶχεν ἡ Φ.*, non dissimili illius 'ohne fleiß und löschpapier', affero ex libro X 5,4 *Οἰδίποδι μὲν ὁδὸς ἡ Σχιστὴ καὶ τόλμημα τὸ ἐπ' αὐτῇ κακῶν ἦρχε*, affero etiam II 3,5 *λουτρὰ δὲ ἔστι μὲν πολλαχοῦ Κορινθίοις καὶ ἄλλα, τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, τὸ δὲ βασιλέως Ἀδριανοῦ κατασκευάσαντος, τὸ δὲ ὀνομαστότατον αὐτῶν πλησίον τοῦ Ποσειδῶνος* (cuius statua § 4 *μετὰ δὲ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ Ποσειδῶν καὶ Λευκοθέα καὶ ἐπὶ δελφῖνός ἐστιν ὁ Παλαίμων* praecessit) (*τοῦτο δὲ Εὐρυκλῆς ἐποίησεν ἀνὴρ Σπαρτιάτης λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις καὶ ὃν ἐν Κροκεαῖς χώρας τῆς Λακωνικῆς ὀρύσσουσιν*), *ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῆς ἐσόδου Ποσειδῶν καὶ μετ' αὐτὸν*

---

170) *Ἐρῶσα*, quod inde a Kuhnio coniciunt, repellit Engeli l. l. 47; profecto spectandi notitiam ab auctore praedicari elucet.

171) Contra velim videas p. 57.

"Ἄρτεμις θηρεύουσα ἕστηκε· κρῆναι δὲ πολλαὶ μὲν ἀνὰ τὴν πόλιν πεποίηνται πᾶσαν ἅτε ἀφθόνου ῥέοντός σφισιν ὕδατος καὶ ὃ δὴ βασιλεὺς Ἀδριανὸς ἐσήγαγεν ἐκ Στυμφήλου, θέας δὲ μάλιστα ἄξια παρὰ τὸ ἄγαλμα τὸ τῆς Ἀρτέμιδος καὶ ὁ Βελλεροφόντης ἔπεστι καὶ τὸ ὕδωρ ὃ δι' ὁπλῆς ἵππου ῥεῖ τοῦ Πηγάσου. Scribunt ἀξία ⟨ἡ⟩ cum Siebelisio, ὁ ante δι' ὁπλῆς secundum Parisinum illum 1410 eiciunt, pro ὁ ante Βελλεροφόντης dant οἱ Goldhagenio auctore, quem Robert Paus. 124 a. 2 collaudat, ipse pro altero ὁ quoque οἱ vult. Sed comparaverim I 20,1 . . . ἐφεστήκασι τρίποδες χαλκοῖ μέν, μνήμης ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα· Σάτυρος γάρ ἐστιν (v. spr. p. 25); de re archaeologica velim adhibeas ea, quae paulo ante cap. 2,8 dicta erant: πλησίον δὲ ᾠκοδόμηται κρήνη, καὶ Ποσειδῶν ἐπ' αὐτῇ χαλκοῦς καὶ δελφὶς ὑπὸ τοῖς ποσίν ἐστι τοῦ Ποσειδῶνος ἀφιεὶς ὕδωρ, auctor καὶ particula ante ὁ Βελλεροφόντης addita ad haec verba nos revocat, ut I 21,3 τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ ad I 20,1 spectare p. 75 ostendimus; articulum ὁ ante Βελλεροφόντης positum exemplis non carere ex pag. 28 intellegas.

Cp. 22,3.

De adiunctione paragraphi tertiae libri I 22 iam disseruimus p. 7. Hyperbaton apparet . . . Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, ita non solum ἀπὸ τῶν δήμων et πόλιν (respicias quoque enuntiatorum exitus contrarios . . . Πάνδημον et . . . πόλιν), sed etiam μίαν et Πάνδημον inter se opponuntur. Anadiplosim in antithesi, ita ut epanodus appareat, cognoscimus hanc: τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα οὐκ ἦν ἐπ' ἐμοῦ, τὰ δὲ ἐπ' ἐμοῦ τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων. Similiter reperimus cap. 1,2 ὁ δὲ Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ, πρότερον δὲ πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν ἐπίνειον οὐκ ἦν· Φαληρὸν δέ — ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα —, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν, καὶ . . . φασὶν . . . . Θεμιστοκλῆς δὲ ὡς ἦρξε — τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῖ — τοῦτό σφισιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο· καὶ νεὼς καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. IV 25,1 ὄντες δὲ

ἀριθμῷ μὲν οὐ πλείους, ἀρετῇ δὲ καὶ πολὺ ἀμείνονες ὄντες τῇ σφετέρᾳ νικῶσι, καὶ ἐπολιόρκουν κατακεκλειμένους ἐς τὸ τεῖχος alterum *ὄντες* vix recte cum Porsone eiciunt.[172] In comprehensione extrema *ἔστι δὲ καὶ Γῆς Κουροτρόφου καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης· τὰ δὲ ἐς τὰς ἐπωνυμίας ἔστιν αὐτῶν διδαχθῆναι τοῖς ἱερεῦσιν ἐλθόντα ἐς λόγους* verbum *αὐτῶν* non statim post *ἐπωνυμίας*, sed inter *ἔστιν* et *διδαχθῆναι* collocatum et ad *τὰς ἐπωνυμίας* et ad *τοῖς ἱερεῦσιν* refertur. Ultima vox est . . . *λόγους*; sed fabulae hic nullae narrantur, sive quod Pausanias ipse eas nesciebat, sive potius quod non satis ludicras putabat.

Cp. 22, 4—7.

Iam paragrapho quarta incipiente arcem unum tantum aditum habere audimus; '*ἑτέραν δὲ οὐ παρέχεται, πᾶσα ἀπότομος οὖσα καὶ τεῖχος ἔχουσα ἐχυρόν*', sentis sonos. In sequente comprehensione *τὰ δὲ προπύλαια λίθου λευκοῦ τὴν ὀροφὴν ἔχει καὶ κόσμῳ καὶ μεγέθει τῶν λίθων μέχρι γε καὶ ἐμοῦ προεῖχε* (de temporibus *ἔχει* — -*εῖχε* cf. a. 131, Engeli l. l. 86) Spiro verba codicum recte mihi omnia videtur conservasse. Schubart et Michaelis *ἢ* (*καὶ*) *κόσμ.* scripserunt, sed suo iure Robertum Paus. 41 id puto offendisse, quod hoc modo tectum solum laudatur, contra VIII 41, 8 Apollinis templum Phigaliense *λίθου ἐς κάλλος καὶ ἁρμονίας ἕνεκα.* Ipse cum animo esse considerandum dicit, sitne *τῶν λίθων* pro glossemate delendum, nam mirum esse atque certe quidem exemplo carere, quod magnitudo singulorum lapidum praedicetur. Docet (p. 40) Pausaniae descriptiones aedificiorum, potissimum templorum, universe in formula *μέγεθος καὶ κόσμος*, quam 'Größe (jedoch ohne Maßangabe) und Dekoration' interpretatur, positas esse. Sed concedit verba illa libri octavi *ναῶν δὲ ὅσοι Πελοποννησίοις εἰσί, μετά γε τὸν ἐν Τεγέᾳ προτιμῷτο οὗτος ἂν τοῦ λίθου τε ἐς κάλλος καὶ τῆς ἁρμονίας ἕνεκα* ad contextum nostrum defendendum fortasse satis esse. Profecto dixerim *κόσμον* plus esse vel esse posse quam 'Dekoration', comprobaverim sane VIII 24, 7 *οἴκημα οὔτε μεγέθει μέγα οὔτε ἄλλως κεκοσμημένον*, id est sepulcrum Alcmeonis Psophide (ap.

[172] Complura exempla eiusmodi contrariorum alio loco afferam.

Robertum 40). Nonne κόσμῳ, ordine lapidum, aequali videlicet et congruenti, ἁρμονία adiuvatur? in monumento tanto, quantum propylaea erant, talium lapidum magnitudine κόσμος, ornatus aedifici augetur? Per se igitur sensum adesse bonum non negabimus, propylaea 'ornatu et magnitudine lapidum eminebant'; accedit antithesis λίθου λευκοῦ ... ἔχει — ... μεγέθει τῶν λίθων ... προεῖχε, confer iam IX 39,5 ... ἐνταῦθα τά τε ἄλλα καθαρεύει καὶ λουτρῶν εἴργεται θερμῶν, τὸ δὲ λουτρὸν ὁ ποταμός ἐστιν ἡ Ἕρκυνα· καί οἱ καὶ κρέα ἄφθονά ἐστιν ἀπὸ τῶν θυσιῶν, θύει γὰρ δὴ ὁ κατιὼν αὐτῷ τε τῷ Τροφωνίῳ καὶ τοῦ Τροφωνίου τοῖς παισί.[173]) Quod semel tantum aliquid tale praedicatur, vix obstat, velim conferas supra p. 22 de Tripodibus.

In paragrapho quinta invenimus traiectionem τόλμης τι ἔχων ἐς τοῦ Μίνω καλούμενον ταῦρον, compares II 31, 9 Ἵππου καλουμένη κρήνη (quod L¹ offendit!); τὸν Μ. κ. τ. substituunt ex Vindobonensi 23, sed respicias VII 4, 5 καὶ αὐτῷ τε ἄγαλμα Μίνῳ καὶ τοῦ Μίνω ταῖς θυγατράσιν ἐποίησεν, III 25, 5 ἐποίησαν ... ὡς Ἡρακλῆς ἀναγάγοι ταύτῃ τοῦ Ἅιδου τὸν κύνα, V 22, 3 ἐλεγεῖον .. ἐστιν .. ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῖς ποσί; quodsi non ἐς τοῦ Μίνω τὸν καλούμ. ταῦρον legimus, saepius articulum in voce καλούμενος, ὀνομαζόμενος omitti alibi ostendendum erit. — Theseus cum 'μέλασιν ἱστίοις' proficisceretur, praedixerat 'χρήσεσθαι τοῖς ἱστίοις λευκοῖς', si victor rediturus esset; hoc oblitus est Ariadna privatus: iam Aegeus 'ὡς εἶδεν ἱστίοις μέλασι τὴν ναῦν κομιζομένην', filium perisse ratus mortem sibi conscivit. Hitzig ipse articulum ante ἱστ. λευκ., quem olim eiecerat (αὖθις ἱστ. λ. Wieseler Gött. Nachr. 1825, 320), recte se habere in editione optimo iure statuit, confert VIII 50, 1 πρὸς δὲ ἀσπίσιν Ἀργολικαῖς χρῆσθαι καὶ τοῖς δόρασι μεγάλοις, I 24, 3 καί οἱ τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς

---

173) Magis Robert l. l. 48: 'Diese Manier (i. e. contrari materiae statuarum adhibendi) geht bei Pausanias so weit, daß er es einmal fertig bringt, zwei Statuen aus demselben Material durch Variation des Ausdrucks antithetisch zu verwenden VIII 31, 6: ἀγάλματα δὲ ἐν τῷ ναῷ Δαμοφῶν ἐποίησεν Ἑρμῆν ξύλου καὶ Ἀφροδίτης ξόανον, und an einer anderen Stelle wird das Material des Bildwerks dem des Gebäudes gegensätzlich gegenübergestellt, X 35, 10, wo es von dem Demetertempel in Stiris heißt: πλίνθου μὲν τῆς ὠμῆς τὸ ἱερόν, λίθου δὲ τοῦ Πεντελῆσι τὸ ἄγαλμα, δᾷδας ἡ θεὸς ἔχουσα'. V. spr. p. 90 quoque.

ἐνεποίησεν ὁ Κλεοίτας, videas etiam IV 27, 8 συνεχέσιν ἐς τὸ θεῖον ταῖς εὐχαῖς ... ἐχρῶντο, VI 6, 4 διαβάντων δὲ τὸν Καικίνην οὐδεμίαν ἔτι οἱ ἐν τῇ Ῥηγίνῃ τέττιγες ἀφιᾶσι τὴν φωνήν, cum Porson τὴν delere voluerit.[174])

De paragraphis deinceps sequentibus ad ea, quae in dispositione tractanda dixi, haec addo. Breviloquentia illa ... οἴκημα ἔχον γραφάς· ὁπόσαις δὲ μὴ καθέστηκεν ὁ χρόνος αἴτιος ἀφανέσιν εἶναι, Διομήδης ἦν,[175]) ὁ μὲν ἐν[176]) Λήμνῳ τὸ Φιλοκτήτου τόξον, ὁ δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἀφαιρούμενος ἐξ Ἰλίου, quae in Tripodibus p. 26 iam adhibenda erat, exemplis aliis nonnullis illustretur. Ac primum quod relativo ὁπόσαις demonstrativum non respondet, legimus cap. 1, 3 Κνίδιοι γὰρ τιμῶσιν Ἀφροδίτην μάλιστα, καί σφισιν ἔστιν ἱερὰ τῆς θεοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀρχαιότερον[177]) Δωρίτιδος, μετὰ δὲ τὸ Ἀκραίας, νεώτατον δὲ ἣν Κνιδίαν οἱ πολλοί, Κνίδιοι δὲ αὐτοὶ καλοῦσιν Εὔπλοιαν, cap. 27, 4 καίτοι λέληθέ γε οὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν, Ἰμμάραδον εἶναι παῖδα Εὐμόλπου τοῦτον τὸν ἀποθανόντα ὑπὸ Ἐρεχθέως (οὐδέ⟨να⟩ Porson), cap. 28, 4 καταβᾶσι δὲ οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν ἀλλ' ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια πηγή τε ὕδατός ἐστι καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ (ἀλλ' ⟨ἐς⟩ ὅσον Hitzig; cf. p. 63), II 13, 4 ἐφ' ὅτῳ δὲ οὕτω νομίζουσιν, ἱερός ἐστιν αὐτοῖς λόγος contra VI 15, 10 ὅτῳ δὲ παρεστήκασιν οἱ παῖδες, τοῦτον μὲν Πτολεμαῖον Λάγου φασὶν εἶναι. Deinde quod Diomedes solus commemoratur, quasi ceterae picturae omnes obscuratae fuerint, compares praeter illud ... ἄξια μάλιστα ... εἰργασμένα· Σάτυρος γάρ ἐστιν κτλ. III 18, 13 ἐπὶ δὲ τούτοις Ἡρακλέους πεποίηται τάξις τῶν ἔργων τῶν ἐς

---

174) Idem linguarum complurium vigentium proprium esse constat, velut Francogallorum 'il a la barbe jaune', 'ha la barba rossa' Italorum.

175) Cf. etiam cap. 17, 2 ... Θησέως ἐστὶν ἱερόν· γραφαὶ δέ εἰσι πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι.

176) Ἐκ voluit Sylburg, corrupit contrarium ἐν Λήμνῳ — ἐξ Ἰλίου.

177) Ἀρχαιότατον primus Spengel, cf. cap. 9, 1 ... ὃν πρεσβύτατον ὄντα τῶν παίδων ἡ μήτηρ οὐκ εἴα καλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ... τῆς δὲ ἐς τὸν παῖδα τῇ Κλεοπάτρᾳ δυσνοίας λέγουσιν ἄλλας τε αἰτίας καὶ ὅτι Ἀλέξανδρον τὸν νεώτερον τῶν παίδων κατήκοον ἔσεσθαι μᾶλλον ἤλπιζε, ubi Hitzig πρεσβύτερον scripsit. cap. 13, 5 Κλεομένει δὲ παῖδες γίνονται πρεσβύτατος μὲν Ἀκρότατος, νεώτερος δὲ Κλεώνυμος, cum Bekkero auctore πρεσβύτερος coniciant (ceterum his verbis et sequentibus memoriam Expeditionis Xenophontis afferri apparet).

τὴν ὕδραν καὶ ὡς ἀνήγαγε τοῦ Ἅιδου τὸν κύνα, 'Herculis factus est ordo (duodecim) operum, quot in hydram ac subducens Plutonis canem', Ἡρ. πεποίηται τῶν ἔργων τὸ ἐς τ. ὕδρ. κτέ. cum Kaysero coniciunt, de reliquo adhibeas Robert Paus. 63 sqq. Verba Διομήδης ἦν, ὁ μὲν ἐν Λ. τ. Φ. τ., ὁ δὲ τ. Ἀ. ἀφαιρούμενος ἐξ Ἰ. Robert cum saepius tum Paus. 215 sq. rectissime tractasse mihi videtur et iure eum optimo Spiro secutus est, cum καὶ Ὀδυσσεὺς post Διομήδης ἦν pessimo tantum codice Vindobonensi 23 fultum abiecit. Ad sermonem sane mirum probandum Robert confert V 10, 8 Κένταυρος δὲ ὁ μὲν παρθένον, ὁ δὲ παῖδα ἡρπακώς ἐστιν ὡραῖον.[178]) Paulo lenius est IX 30, 1 καὶ Ἀπόλλων χαλκοῦς ἐστιν ἐν Ἑλικῶνι καὶ Ἑρμῆς μαχόμενοι περὶ τῆς λύρας, καὶ Διόνυσος ὁ μὲν Λυσίππου, τὸ δὲ ἄγαλμα ἀνέθηκε Σύλλας τοῦ Διονύσου τὸ ὀρθόν, magis I 3, 4 ταύτας τὰς γραφὰς Εὐφράνωρ ἔγραψεν Ἀθηναίοις καὶ πλησίον ἐποίησεν ἐν τῷ ναῷ **τὸν** Ἀπόλλωνα Πατρῷον ἐπίκλησιν, πρὸ δὲ τοῦ νεὼ τὸν μὲν Λεωχάρης, ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον Κάλαμις ἐποίησε. Coniunctiones copulativas reperimus I 24, 4 καὶ Διός ἐστιν ἄγαλμα τό τε Λεωχάρους καὶ ὁ ὀνομαζόμενος Πολιεύς, ibd. 23, 4 θεῶν ἄγαλμά ἐστιν Ὑγείας τε ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσι καὶ Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν καὶ ταύτης Ὑγείας, ubi pluralem ἀγάλματα secundum codices deterrimos volunt (de reliquo cf. Robert Paus. 88 sq.). Omne nomen proprium abest ibd. 1, 4 ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀθηναίοις ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν . . ., ὁ δὲ ἐπὶ Φαληρῷ.[179])

---

[178]) Petersen quidem Rh. M. l. l. 498 sqq. in eo offendit, quod duo significantur Centauri. Sed nonne duo quoque Diomedes adsunt, hi picti, ut illi ficti? Itaque congruentiam illam Peterseni tabularum pictarum Polygnoti inter se respondentium Pausanias non suadet. Neque enim Ulixes adest, neque Clytaemestra in nece Aegisthi, in utraque pictura pristina quaedam forma fabularum epica reperitur, de Aegistho narrationis Homeri ipsius meminisse satis est. His autem rebus admodum certis omne iam aedificium Peterseni quamvis pulchre fictum corruit. De reliquo quam Pausanias digressionibus faveat, praeter ea, quae nobis occurrerunt, non praedico. Si quid, tantum concederem Achillem et Ulixem, de quibus nomen Polygnoti quasi forte appelletur (cf. etiam Schenkl l. l. nr. 40 col. 1249), profecto in pinacotheca affuisse. Nam cum initium digressionis contra verba dispositionis ἐνταῦθα ἐν ταῖς γραφαῖς clare designetur, repetitio vocis γραφαὶ δέ εἰσι καὶ ἄλλαι post ἔγραψε tam acri inciso caret.

[179]) Intererit afferre X 36, 7 . . . ἐν αὐτοῖς φύεται μάλιστα ὁ ἐλλέβορος·

Parentheseos illius[180]) paragraphi sextae cap. 22 hoc initium libri exhibent: *Ὁμήρῳ δὲ εὖ μὲν παρείθη τόδε, ὠμὸν οὕτως ἔργον, εὖ δέ μοι φαίνεται ποιήσας, Σκῦρον ὑπὸ Ἀχιλλέως ἁλοῦσαν*, inserunt *τὸ* post *τόδε* unum Parisinum 1410 secuti, infinitivum *ποιῆσαι* Hitzig substituere coepit. Sed intellego *ὄν* post *ἔργον*, conferas VIII 20, 4 *ἰδοῦσαι δὲ οὐ παρθένον*, supplet *ὄντα* Hitzig demum; item I cap. 26, 5 *ἐσελθοῦσι ... γραφαὶ δὲ ἐπὶ τῶν τοίχων ... εἰσὶ ... καὶ — διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα — καὶ*[181]) *ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι· τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα, καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τε ἔστι καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦσιν, ἀλλὰ τόδε φρέαρ ἐς συγγραφὴν παρέχεται κυμάτων ἦχον ἐπὶ νότῳ πνεύσαντι*, articulum *τὸ* a Bekkero primo inter *τόδε*

ὁ μὲν αὐτοῦ μέλας χωρεῖ τε ἀνθρώποις καὶ ἔστι γαστρὶ καθάρσιον, ὁ δὲ ἕτερος λευκὸς δι' ἐμέτου καθαίρειν πέφυκε· τὸ δὲ φάρμακον τὸ ἐς τὴν κάθαρσιν ἡ τοῦ ἐλλεβόρου ῥίζα ἐστίν (⟨ὁ⟩ *λευκ.* primus Schubart, sed interpretor 'davon der schwarze ..., der and. als weißer, dient durch erbr. zu rein.', cf. p. 68 et ex libro X 5, 2 ... *κίονες μὲν οὐκ εἰσὶν οὐδὲ ἀναβασμοί, Διὸς δὲ ἄγαλμα καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἥρας τὸ μὲν ἐν θρόνῳ τοῦ Διός, ἑκατέρωθεν δὲ ἡ μὲν κατὰ* (*τὰ*) *δεξιά, ἡ δὲ ἀριστερὰ παρεστῶσα Ἀθηνᾶ πεποίηται* 'auf beiden seiten aber ist die eine zur rechten, die andere als linke dabeistehend, Athena gemacht', hic desiderant *ἡ* ante *Ἀθ.* Dindorfio auctore, *κατὰ* ante *ἀριστ.* cum V; *κατὰ τὰ δεξ.* y,²); scribit etiam vir non sophista 'Die auffallendste Eigentümlichkeit, durch welche sich Licht verschiedener Schwingungsdauer voneinander unterscheidet, ist die Farbe', Helmholtz Handb. d. physiol. Optik ed. 1867 p. 31 (v. H. S. Chamberlain Immanuel Kant ¹ 133 cum ann. 2); cf. porro II 4, 6 *ἐς δὴ τὸν Ἀκροκόρινθον τοῦτον ἀνιοῦσίν ἐστιν Ἴσιδος τεμένη ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν αὐτῶν ἐπονομάζουσιν*, Hitzig *αὐτῶν* seclusit. X 22, 8 *ἀτραπός ἐστιν διὰ τοῦ ὄρους τῆς Οἴτης, μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος ἀπότομός τε τὰ πλείω καὶ ὄρθιος δεινῶς, ἑτέρα δὲ ἡ διὰ τῆς Αἰανιάνων ὁδεῦσαι στρατῷ ῥάων* unus callis postea in duo divisus est. Item propono VIII 17, 6 *ἐκ Φενεοῦ δὲ ἰόντι τὴν ἐπὶ ἑσπέρας καὶ ἡλίου δυσμῶν ἡ μὲν ἀριστερὰ τῶν ὁδῶν ἐς πόλιν ἄγει Κλείτορα, ἐν δεξιᾷ δὲ ἐπὶ Νώνακριν καὶ τὸ ὕδωρ τῆς Στυγός* (*ἐπὶ τὴν ἑσπ.* cdd. [*ἐπὶ τὸ ἑ.* L], *τὴν* cum Musuro omnino eicitur).

180) Cf. spr. p. 12.

181) Hoc *καὶ* Siebelisio auctore delent, comparo autem cap. 31, 3 *Κραναὸν δὲ τὸν βασιλεύσαντα Ἀθηναίων ... φυγόντα δὲ ... ἐς τὸν δῆμον τὸν Λαμπτρέα ἀποθανεῖν τε αὐτοῦ καὶ ταφῆναί φασι, καὶ ἔστι καὶ ἐς ἐμὲ καὶ ἐν τοῖς Λαμπτρεῦσι Κραναοῦ μνῆμα*, ubi primi Schubart Walzque *καὶ* ante *ἐν τοῖς Λ.* deleverunt, sed mea sententia hoc *καὶ* sepulcrum quoddam Cranai — fortasse *κενοτάφιον* — Athenis factum significatur.

et *φρέαρ* additum improbo, interpretor Germanice 'dieser als brunnen . . . wogenrauschen . . .'. II 22, 2 sq. *ἑτέροις δέ ἐστιν εἰρημένον ὀστᾶ ἐν τῷ χαλκείῳ κεῖσθαι Ταντάλου· τὸν μὲν δὴ Θυέστου παῖδα ἢ Βροτέου — λέγεται γὰρ ἀμφότερα —, ὃς Κλυταιμνήστρᾳ πρότερον ἢ Ἀγαμέμνων συνῴκησε, τοῦτον μὲν Τάνταλον* ('als T.') *οὐ διοίσομαι ταφῆναι ταύτῃ, τοῦ δὲ λεγομένου Διός τε εἶναι καὶ Πλουτοῦς ἰδὼν οἶδα ἐν Σιπύλῳ τάφον θέας ἄξιον* princeps Hitzig articulum ante *Τάντ.* desideravit.[182]) X 2, 4 . . . *ὁ Φιλόμηλος ῥίπτει τε αὑτὸν ἐν τῇ φυγῇ κατὰ ὑψηλοῦ καὶ ἀποτόμου κρημνοῦ καὶ ἀφίησιν οὕτω τὴν ψυχήν· ἐτέτακτο δὲ καὶ ἄλλως τοῖς Ἀμφικτύοσιν ἐς τοὺς συλῶντας αὕτη δίκη* ('dies als strafe') inde a Siebelisio *ἡ* supplendum esse putant, sed praebet iam Herodotus I 120 *Ἁρπάγῳ Ἀστυάγης δίκην ταύτην ἐπέθηκε*, cf. ad hoc et alia variam pronominis collocationem exhibentia Kuehner-Gerth Gr. Synt. 1, 628 a. 6. Etiam II 1, 5 . . . *Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου διασκάψαι Μίμαντα ἐθελήσαντι μόνον τοῦτο οὐ προεχώρησε ἔργον* articulum e deterrimis vix suscipiemus: consilia reliqua omnia Alexander potuit exsequi.

Participium quoque nostrum in *εὖ δέ μοι φαίνεται ποιήσας* teneri posse censeo, cum comparemus cap. 26, 6 sq. *λύχνον δὲ τῇ θεῷ χρυσοῦν Καλλίμαχος ἐποίησεν . . . . . . ὁ δὲ Καλλίμαχος τὸν λύχνον ποιήσας ἀποδέων τῶν πρώτων ἐς αὐτὴν τὴν τέχνην*[183]) *οὕτω σοφίᾳ πάντων ἐστὶν ἄριστος ὥστε καὶ λίθους πρῶτος ἐτρύπησε κτέ.*, ubi *ὁ* ante *τὸν λύχν. ποιήσας* Sylburgium sequentes inferciunt, sed sensum statuerim 'Callimachus cum lucernam fecit, inferior principibus ipsa arte adeo scientia omnium est optimus, ut etiam lapides princeps perforaverit e. q. s.'; itaque iam interpretor: 'bonus mihi videtur auctor (scimus praecedere . . . *εὖ μὲν παρείθη* . . .), Scyri ab Achille captae'; cf. VIII 51, 8 quoque p. 49; *ποιήσας* et ad *φαίνεται* et ad *ἁλοῦσαν* pertinet, cf. p. 107, alia eiusmodi alibi occurrent.

In septima paragrapho *ἐπὶ δὲ τῶν γραφῶν . . . ἐστὶ Μουσαῖος* cum G. Hermanno *ἔτι* scribunt, at Robert Paus. 39. 51 a. *ἐπὶ* restituit, confert VIII 46, 5 *οἱ ἐπὶ τοῖς θαύμασιν.* Omnino usum

---

[182]) Animadvertis Pausaniam rursus Sipyli sui mentionem facere.

[183]) De notitiis *τέχνης* et *σοφίας* Pausanianis v. Robert Paus. 61 sq.

ἐπὶ praepositionis Pausanianum parum adhuc respectum esse arbitror. Quem Schaarschmidt cum dissertatione propria quaereret,[184]) ea tantum, quae ad vim localem attinerent, itaque partem tractavit, ut de iis, quae nostra hic intererunt, vix quicquam protulerit. Quare ipsi nonnulla spectemus. Cum nostris verbis plane congruit VIII 37, 1 sq. . . . *ἐν τῷ τοίχῳ λίθου λευκοῦ τύποι πεποιημένοι, καὶ τῷ μέν εἰσιν ἐπειργασμέναι Μοῖραι καὶ Ζεὺς ἐπίκλησιν Μοιραγέτης, δευτέρῳ δὲ Ἡρακλῆς τρίποδα Ἀπόλλωνα ἀφαιρούμενος* (. . .)· *ἐν δὲ τῇ στοᾷ τῇ παρὰ τῇ Δεσποίνῃ μεταξὺ τῶν τύπων κατειλεγμένων πινάκιόν ἐστι γεγραμμένον ἔχον τὰ ἐς τὴν τελετήν, Νύμφαι δέ εἰσι καὶ Πᾶνες ἐπὶ τῶν τύπων, ἐπὶ δὲ τῷ τετάρτῳ Πολύβιος ὁ Λυκόρτα,* ubi primus Letronne *ἐπὶ τῷ τρίτῳ* pro *ἐπὶ τῶν τύπων* coniecit, sed contrarium habemus *μεταξὺ τ. τύπ.* — *ἐπὶ τ. τύπ.*; plurales autem *ἐπὶ τῶν τύπων* et *ἐπὶ τῶν γραφῶν* de una tantum re usurpantur, ut legimus *ὁπόσαις* (*γραφαῖς*) . . ., *Διομήδης ἦν* et . . . *εἰργασμένα Σάτυρος γάρ ἐστιν*, tametsi plures certe statuae vel picturae aderant; de *ἐπὶ* praepositione addi potest eius vim hic ex usu locali transire ad illud 'quantum ad', 'quant à'. Velut videas I 42, 6 *Ἀλκάθους δὲ ἀνήκοος ὢν ἐπὶ τῆς Ἰσχεπόλιδος τελευτῆς κατεδίκαζεν οὐ ποιεῖν ὅσια τὸν Καλλίπολιν*, ubi *ἔτι* coniciunt cum Musuro; sane praepositio secundum superiorum quidem sermonem non magis exspectatur quam cap. 21, 1 *εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἐπὶ* ('bei, an') *ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν*, quod supra p. 65 nobis occurrit; compares VII 19, 3 *ἐπέδειξε δὲ ἐπὶ πολλῶν τε δὴ ἄλλων καὶ ἐν τοῖς Μελανίππου παθήμασιν, ὡς μέτεστιν ἔρωτι καὶ ἀνθρώπων συγχέαι νόμιμα καὶ ἀναθρέψαι θεῶν τιμάς*, paulo aliter X 33, 7 *γῆ δὲ διακεκριμένη ἀρίστη τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἡ παρὰ τὸν Κηφισὸν καὶ φυτεῦσαι καὶ σπείρειν καὶ ἀνεῖναι νομάς· καὶ γεωργεῖται ταῦτα μάλιστα τῆς χώρας, ὥστε καὶ λόγος ἐς τὴν πόλιν μὲν*[185]) *Παραποταμίους μὴ ὀνομασθῆναι, ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ τὸν Κηφισὸν γεωργούντων πεποιῆσθαι τὸ ἔπος* | *οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον*; VII 18, 12 *ἡ ἱερωμένη παρθένος ὀχεῖται τελευταία τῆς πομπῆς ἐπὶ ἐλάφων ὑπὸ τὸ ἅρμα ἐζευγμένων*

---

[184]) De *ἐπὶ* praepositionis apud Pausaniam vi et usu locali Lps. 1873.
[185]) *Ἐστὶ πόλ.* scribere coepit Porson, at v. p. 18 quoque.

(Herwerden *ἐπὶ* eicere voluit) modus movendi praedicatur, similiter ac tempus significatur in *ἐπὶ Κύρου ἄρχοντος* vel modo V 6, 2 *τὰ ἐπὶ τῶν ἡρώων.*[186])

Ὑπὸ praepositio in *ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξάμην, ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον* bene se habet.[187]) *Βορέου* semel tantum dicitur, ut modo *ποιήσας* in *εὖ δέ μοι φαίνεται ποιήσας Σκῦρον ὑπὸ Ἀχιλλέως ἁλοῦσαν.* Pro *ὑπὸ* ipso adhibeamus, cum usum sensim explicemus, II 13, 8 *ἀποθανόντος . . . ὑπὸ τῆς πληγῆς,* I 23, 5 *ἔφη . . . πλέων ἐς Ἰταλίαν ἁμαρτεῖν ὑπὸ ἀνέμου τοῦ πλοῦ,* V 7, 2 *συμβῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος καὶ Ἀλφειῷ τὴν ἀλλαγὴν ἐς τὸν ποταμόν* (*ἐπὶ* Parisinus 1410); VII 24, 11[188]) *τὸν δὲ αὐτῶν* (sc. *τῶν σεισμῶν*) *ὀλεθριώτατον τοιῷδέ τινι ἐθέλουσιν εἰκάζειν· τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα εἴη συνεχεῖ πυρετῷ πυκνότερόν τε καὶ ὑπὸ πολλῆς ἄνω τῆς βίας, τοῦτο δὲ ἀλλαχοῦ τε τοῦ σώματος ἐπισημαίνει καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὑπὸ ἑκάτερον μάλιστα τὸν καρπόν· κατὰ ταῦτα οὖν καὶ τὸν σεισμὸν εἶτ' εὐθὺ ὑποδύεσθαι τῶν οἰκοδομημάτων καὶ θεμέλια ἀναπάλλειν φασὶν αὐτόν, καθότι καὶ τὰ ἔργα*[189]) *τῶν σφαλάκων ἐκ μυχοῦ τῆς γῆς ἀναπέμπεται· μόνη τε ἡ τοιαύτη κίνησις οὐδὲ τοῦ οἰκισθῆναί ποτε ὑπολείπει σημεῖα ἐν τῇ γῇ* pro *εἴη* cum Musuro *εἰ* coniciunt, post *βίας* secundum traditionem deterrimam *ὠθοῖτο* desiderant, rursus Musuro auctore *κατὰ ταὐτὰ* substituunt, *εἶτ'* (sic libri) Siebelisium sequentes delent: quae omnia improbaverim, cum interpreter ʻmotum terrae perniciosissimum comparatione illustrant: sit[190]) intestinus hominis spiritus continua febri et frequentior et sub vehementi sursum impetu, hoc autem apparet in partibus exteris: hunc ad modum terrae motus quoque (communis etiam) deinde subito e solo aedificiorum emergit, ut opera quoque illorum sentium intra terram etiam

[186]) *Ἐπὶ* causale et *ἐπὶ* cum dativo, accusativo coniunctum alibi ex parte tractabo.

[187]) Germanice ʻvor dem B.'

[188]) Peto, ut locum iucundum, quippe qui accuratiore egere interpretatione videatur, paulum liceat exsequi.

[189]) *Τὰ ἔρνη* Madvig male, v. interpr.

[190]) Nonne nos quoque aliquid demonstraturi primo ponimus ʻdas und das sei so und so'?

crescentium ad summam terram iam perveniunt'. Pro constructione *λόγου* artificiosi, ex quo partem spectavimus, videas Robert Paus. 17 sq.; idem simile nostrum a febris impetu repetitum ad Anaxagoram (Diels Vorsokr., Lehre d. A. 89) refert 17 a. 2. Denique de *ὑπὸ* praepositione Spiro IX 12, 5 *Πρόνομος δὲ ἦν ὃς πρῶτος ἐπενόησεν αὐλοὺς ἐς ἅπαν ἁρμονίαν ἔχοντας ἐπιτηδείως,*[191]) *πρῶτος δὲ διάφορα ἐς τοσοῦτο μέλη ὑπ' αὐτοῖς ηὔλησε τοῖς αὐλοῖς* scripsit *ἐπ' αὐλοῖς . . . τοῖς αὐτοῖς* (contra transpositionem verborum *αὐτοῖς — αὐλοῖς* a Siebelisio primo institutam conferas p. 108), mihi quidem Pronomus 'sub tibiis isdem', cum easdem semper tibias adhiberet, videtur cecinisse. Et X 1, 11 *λογάδες Φωκέων πεντακόσιοι φυλάσσοντες πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης ἐπιχειροῦσιν ἐν τῇ νυκτὶ τοῖς Θεσσαλοῖς, αὐτοί τε ἀληλιμμένοι γύψῳ καὶ ἐνδεδυκότες ὅπλα λευκὰ ὑπὸ τῇ γύψῳ* iam Lugdunensis ille per correcturam *ἐπὶ τῇ γύψῳ* coniecit, sed arma sub ipsa gypso itaque quasi a gypso candida effici dicuntur. — Cum enuntiato nostro insequente *δοκεῖν δέ μοι πεποίηκεν αὐτὰ 'Ονομάκριτος καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως ὅτι μὴ μόνον ἐς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις* convenit IV 1, 5 *ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα.* —

Eo, quod mihi proposueram, iam absoluto omnia, quae similia essent, colligere nusquam volui. Sane complura eiusmodi alibi me esse prolaturum prooemio exeunte et saepius intra disputationem pollicitus sum. Nonnulla autem de collocutione auctoris et hac perspecta de rebus ipsis clarius fortasse apparuerunt, alia adeo me illustrasse spero, ut animi converterentur. Significavi quidem de certa numerorum ratione inter membra enuntiatorum intercedente, quae dubitem an ad rem satis obscuram pertineat. Alia librorum manuscriptorum aestimatione ex parte opus esse paucis iam, quae hoc libello afferri potuerunt, probatur; nondum vero curavi, quid de Stephano Byzantio Pausaniam afferente sit censendum: cui cum miro illo loco III 10, 6

---

[191]) *'Ες ἅπαν ἁρμονίας εἶδος ἔχ. ἐπιτ.* edunt, *εἶδος* secundum L¹ addunt, substituunt genetivum *ἁρμονίας* cum L², sed forsitan interpretandum sit 'ad omne ('für jegliches') temperationem praebentes commode'.

ἰοῦσι δὲ ἀπὸ τῶν Ἑρμῶν ἐστιν ὁ τόπος οὗτος ἅπας δρυῶν πλήρης, τὸ δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ Σκοτίτας ('Düsterer'; *-αν* cdd.)· *τὸ δὲ σκότος* ('das düster') *οὐ τὸ συνεχὲς* ('der zusammenhalt') *τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν ἔσχε* ('erhielt') *Σκοτίτας, καὶ ἔστιν ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ δέκα μάλιστά που στάδια ἐκτραπομένοις ἱερὸν Σκοτίτα Διός* verba *ἔσχε* et *τὸ δὲ σκότος* primus non praebeat ac *τῷ χωρίῳ σκοτινὰ ὃ οὐ* legat, nescio an assentirer, nisi Pausaniae contextus quasi commentarium redoleret Polybi XVI 37, 3 sq. . . . *συνέταξε ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὸν Σκοτίταν. . . . . ὁ δὲ Φιλοποίμην* (cf. Pausaniae VIII 49, 1—52, 1 potissimum) . . . . . *ἐνεκάθισε τὴν στρατιὰν ἐν τοῖς περὶ τὸν Σκοτίταν προσαγορευομένοις τόποις* (v. ifr. *ἅμα δὲ τῷ παραβάλλειν εἰς τοὺς κατὰ τὴν ἐνέδραν τόπους*, V 24, 12 *οἱ περὶ Φωκίδα τόποι*), *ὅς ἐστι μεταξὺ τῆς Τεγέας καὶ τῆς Λακεδαίμονος.* Pausanias etiam VIII 34, 1 dicit . . . *ἔστιν* . . . *θεῶν ἱερόν, καλοῦσι δὲ καὶ αὐτὰς τὰς θεὰς καὶ τὴν χώραν τὴν περὶ τὸ ἱερὸν Μανίας.*

Appendix

ad Paus. I 20, 3 (p. 44)

de vetustissimo Bacchi fano et primordiis theatri, dramatis Atheniensibus.

Pausanias postquam Tripodum viam Atheniensium lib. I cp. 20, 1. 2 commemoravit (v. spr. p. 13 sqq.), subsequente paragrapho vetustissimum Bacchi fanum ad theatrum situm esse tradit. De qua re ut iudicare possimus, paulo longius repetamus necesse est. Sed statim profiteor, quam haec incerta esse ipse mihi conscius sim. Iam satis habebo sententiam meam proferre et confirmare; quanta aliis debeam, unusquisque rei peritus facile cognoscet.

Bacchus cum circa annum septingentesimum victor in Atticam invaderet, vitis culturam iam offendit. Imprimis et Icariae et Eleutheris numina vel heroës colebantur, qui potentiori deo locum dabant. Athenas Bacchus ab insulis per mare pervenit, erat igitur *πελάγιος* (Theopomp. sch. Vict. Il. *Ω* 428), *λιμναγενής* (Hesych.; cf. Dianam *Βριτόμαρτιν*, *Λιμναίαν* [ut in colle Issorione

Pitanae: Paus. III 14, 2, Preller-Robert[192]) Gr. Myth. I⁴ 318 a. 5], *Λιμνᾶτιν* [tympana ei dedicantur: Preller-Robert 308 a. 2]). Eius *ἐπιφάνεια* carro navali fiebat (cf. picturam vasis a Duemmlero Rh. M. 45, 355 in lucem prolati), ipse *βοηλάτης* erat vel comites taurum agebant (cf. Pind. Ol. 13, 18 *ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες διθυράμβῳ;* Rh. M. l. l.). Hoc vehiculum *ληνός*, 'kufe', breviter appellabatur[193]) (sic ap. Hesych. sella currus; *λην.* 'prelum' proprie vix iam erat) atque in aede, quam inde *Λήναιον* nominabant (postea locum totum), deponebatur. Quam aedem dei *λιμναγενοῦς* in vico Athenarum, cui nomen *Λίμναι* erat, exstrui convenit. Itaque eundem Bacchum et *Ληναῖον* et *ἐν Λίμναις* vel *Λιμναῖον* vocabant. *Λίμναι* autem non tam 'Paludes' quam 'Bruch', 'Brühl' est, sed sacrum Bacchi in ipso solo humido vix situm fuit, quod hic intra magnum circuitum prima certamina fiebant (Hesych. *ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών· ἔστι ἐν τῷ ἄστει Λήναιον περίβολον ἔχον μέγαν καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι*). Atque cum Lacedaemone quoque principale Bacchi templum in colle quodam vici *Λιμνῶν* positum fuerit adeoque, ut Bacchus *Κολωνάτας* appellaretur (cf. Preller-Robert l. l. 693 a. 1, Robert Paus. 153 sq. cum ann.), nihil est, cur Athenis eum locum, supra quem postea theatrum aedificatum est, fano delectum esse negemus. Thucydides II 15 quidem non repugnat: Olim eadem superior urbs, quae postea erat, urbs fuit et inferior pars ad meridiem maxime spectans (*τὸ δὲ πρὸ τοῦ ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν καὶ τὸ ὑπ' αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον*). Testimonio est, quod ex sacris altera in ipsa superiore urbe aliorum deorum, quot autem extra eam sunt, partem urbis illius inferiorem versus magis reperiuntur (*τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται*), sic et alia et Olympicum, delubrum Terrae *καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ*

---

[192]) Idem de Diana p. 317: '.. ihr.. Walten in Seen, Flüssen und Bächen ..., aber auch ihr Einfluß auf das Meer und die Schiffahrt sollte mehr anerkannt werden als gewöhnlich geschieht'.

[193]) Adversatur Iohannes Geffcken.

Ἀνθεστηριῶνι. Haec sacra igitur cum illius urbis partem inferiorem versus sita sint, secundum Thucydidem ex arce minus ad meridiem ipsum quam inter meridiem et orientem solem vel inter meridiem et occasum solis spectant, Bacchi autem fanum infra theatrum positum non iam ad meridiem solum vergit. Ita vicum *Λιμνῶν* ab Iliso usque ad theatrum pertinuisse statuemus.

Icarius iam coria hircina utribus vinariis adhibuisse dicitur. Ascoliasmus ad eundem refertur. Hircos igitur iam ante adventum Bacchi a cultoribus vitium sacrificatos esse existimabimus. Tum novo quoque vini numini hoc attributum est. Sic Baccho hirci praecipue immolabantur. In pompa illa principio simulacrum fortasse Bacchi advehebatur, deinde homo deum agebat.[194]) Sed cum quidam vestem sic mutare coepit, diu acciderat, ut ii, qui in hircis immolandis canerent, ipsi iam habitus permutarent exque re pellibus hircinis amicirentur, hinc autem *τράγοι* nominarentur et cantus eorum *τραγῳδία*.[195]) Ita Satyris Peloponnesiacis similes fiebant quidem, sed ipsi non sunt Satyri; et potuit Aristoteles dicere tragoediam *ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν*, ex eo videlicet, quod, cum 'satyrspielartig' tantum esset, lascivia et licentia Satyrorum dicacium et protervorum carebat, hilaritate ac iocis cantorum hircinorum minime vacabat.[196]) Ducit autem tragoediam *ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων τὸν διθύραμβον.* Qui cantus ab Arione Corinthi hunc in modum plenus artis erat effectus, ut *κύκλιος χορὸς* fieret (Procl. chrest. 244, 26 *τὸν δὲ ἀρξάμενον τῆς ᾠδῆς Ἀριστοτέλης Ἀρίονά φησιν εἶναι, ὃς πρῶτος τὸν κύκλιον ἤγαγε χορόν*), qui prius nomen

---

[194]) Qui usus Atheniensibus minime mirus erat, videas ea, quae Herodotus I 60 de Pisistrato a Minerva ipsa reducto narrat posterius.

[195]) Bacchum, qui *Ταῦρος* sit, etiam *Τράγον* fuisse atque inde ministros eius *τράγους* negaverim.

[196]) Elucet etiam ex verbis Herodoti V 67 *τά τε δὴ ἄλλα οἱ Σικυώνιοι ἐτίμων τὸν Ἄδρηστον καὶ δὴ πρὸς τὰ πάθεα* ('die schicksale', ea, quae cui accidunt, quamvis „mit bedeutung") *αὐτοῦ* (non Bacchi!) *τραγικοῖσι χοροῖσι* (iam non 'bockschöre') *ἐγέραιρον, τὸν μὲν Διόνυσον οὐ τιμῶντες, τὸν δὲ Ἄδρηστον. Κλεισθένης δὲ χοροὺς μὲν τῷ Διονύσῳ ἀπέδωκε,* **τὴν δὲ ἄλλην θυσίην** *Μελανίππῳ* secundum ipsius quidem sententiam *τραγικοὺς χοροὺς* non alius, sed Bacchi proprios fuisse; ceterum ad hunc quoque locum alibi reverti in animo habeo.

teneret.[197]) Facile accidere potuit, ut talis chori forma artificiosior Athenis quoque pro vetustissimo illo cantu simplici ʻτραγῳδίας' substitueretur, eius autem nomen et naturam susciperet.[198]) Iam simul atque is, qui Bacchum carro navali in pompa advectum agebat, ipse quoque ex tempore (cf. Aristotelis *γενομένη οὖν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοσχεδιαστικῆς*, ʻfacta [sc. et tragoedia et comoedia] a subito initio') vocem emittere coepit, cum chorago sub persona dei *ὑπεκρίνατο*[199]) itaque primus *ὑποκριτής* fiebat,

[197]) Tantum cum rebus convenire puto. Novum rhetoris cuiusdam testimonium infra occurret. Suidae s. v. *Ἀρίων· λέγεται καὶ τραγικοῦ τρόπου εὑρετὴς γενέσθαι καὶ πρῶτος χορὸν στῆσαι καὶ διθύραμβον ᾆσαι καὶ ὀνομάσαι τὸ ᾀδόμενον ὑπὸ τοῦ χοροῦ καὶ Σατύρους εἰσενεγκεῖν ἔμμετρα λέγοντας* satis diffido. Nam verbis *πρῶτος* usque ad *χοροῦ* illud Herodoti I 23 *Ἀρίονα . . . διθύραμβον πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ* haud male quidem enarratur, at id, quod reliquum est, Aristoteles non magis quam Herodotus affert: quis tandem de his rebus plus Herodoto, qui ipse iam nimis multum Arioni attribuat, scire potuit?

[198]) Priorem dithyrambum per se *μιμητικὸν* fuisse Plato quidem nescit, cum *Πολ.* III 394c dicit *ἡ μὲν διὰ μιμήσεως ὅλη ἐστὶν . . . τραγῳδία τε καὶ κωμῳδία, ἡ δὲ δι' ἀπαγγελίας αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ (εὕροις δ' ἂν αὐτὴν μάλιστά που ἐν διθυράμβοις)*, . . ., sed postea imitans effectus est, v. Ps. Arist. *Προβλ.* 19, 15, 918b 18 *διὸ καὶ οἱ διθύραμβοι, ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκέτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δὲ εἶχον.*

[199]) Primo etiam cantabant (ʻsprechgesang'). Atque choragi tetrametro trochaico usi erant, Bacchum a mari natum iambi decebant. A quibus lyricis, ut ex prioribus Aeschyli tragoediis apparet, ne chorus ipse quidem *τραγῳδίας* illius pristinae abhorruit. Bacchi autem actor trimetro usus iambico per Solonem recepto meram dictionem instituit (per Thespidem demum? Forsitan talis res verbis subsit, quae sunt L. Diog. III 56 *τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν*), cum cantus ʻ*τραγῳδίας*' metra quoque Doricorum chororum, quibus artificiosior dithyrambus erat *κύκλιος* iam factus, magis susciperet. Cf. apud Aristotelem *τό τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον τετραμέτρῳ ἐχρῶντο διὰ τὸ σατυρικὴν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶναι τὴν ποίησιν, λέξεως δὲ γενομένης αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρε . . .* Ceterum satis constat cantum actorum et choragi perfectis quoque operibus scaenicis non defuisse. Interest autem originem fabularum Medii aevi, quas *passionsspiele* appellamus, comparare. Secundum Marc. 16, maxime v. 6 sq., verbis ʻquem quaeritis in sepulcro?' — ʻJesum Nazarenum crucifixum e. q. s.' Tutilo Sangallensis tropum, quem nominabat, paschalem in enuntiata divisum quattuor, quae interrogationem et responsionem dicebat, fecit, ut in religionem

drama, quod nos intellegimus, natum est (respicias pluralem Aristotelis *ἀπὸ τῶν ἐξαρχόντων* contra singularem *τὸν διθύραμβον*), inde enim iustam actionem magis magisque evenisse putabimus.[200]) Bene congruit, quod Pollux IV 116 sq. Bacchi ipsius vestitum eundem quem tragoedorum fuisse tradit.

Hic ortus *ἐπὶ Ληναίῳ*, ad Lenaeum, quod nominabant, *ἐν Λίμναις* positum factus ad *τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια* (Thuc. l. l.) spectat. Deinde Pisistratus, cum in ludis satis dissolutis similiter fortasse offenderet ac postea saepius rectores rei publicae in comoediis, gravem Bacchi *Ἐλευθερέως* cultum[201]) a Pegaso (cf. Paus. I 2,5 a. 35) inducendum curavit. Tragoediam severam effecit (cf. *ὀψὲ ἀπεσεμνύνθη* Aristotelis) per Thespidem Icarium, quem suam primam fabulam Athenis factam anno 534 edidisse e Marmore Pario constat.[202]) Ut novum templum prope illud

---

ecclesiasticam insereretur. Et accidit, ut etiam intra ecclesiam recens sacerdos angelum iuxta sepulcrum ageret itemque tres Mariae apparerent. Brevi numerus actorum augebatur. Scaena paulatim ex ecclesia depromebatur, atque actio et vernaculam linguam et pro cantu locutionem recipiebat, cum chorus Latinus servaretur.

[200]) De iis, quae Rabe nuper ex commentario Iohannis diaconi et logotheti ad Hermogenem in lucem protraxit, videas statim a. 201.

[201]) Eleutheris Bacchus *μελαναιγὶς* appellabatur, 'd. i. im schwarzen Ziegenfell, ein Gott von finsterer Bedeutung': Preller-Robert l. l. 667 a. 1, 714 a. 6. Velim autem adhibeas etiam ann. subsequ. fin.

[202]) Hic locus sit de illis paulum disserere, quae Rabe Rh. M. 63 (1908) 150 Aus Rhetorenhandschriften: Des Diakonen und Logotheten Johannes Kommentar zu Hermogenes *Περὶ μεθόδου δεινότητος* prompsit. Legimus enim et comoediam et tragoediam Athenis ortam esse, '*καθάπερ Ἀριστοτέλης φησίν*'. Magni autem intersunt, quae sequuntur: '*τῆς δὲ τραγῳδίας πρῶτον δρᾶμα Ἀρίων ὁ Μηθυμναῖος εἰσήγαγεν, ὥσπερ Σόλων ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ἐλεγείαις ἐδίδαξε, Δράκων δὲ ὁ Λαμψακηνὸς δρᾶμά φησι πρῶτον Ἀθήνησι διδαχθῆναι ποιήσαντος Θέσπιδος*. Quidnam cognoscimus haec verba pervestigantes? De re ipsa quidem, de primordiis dramatis dico, nihil novi! Omne discrimen autem de origine tragoediae inde oritur, quod semper secundum aetatem, quam quis spectat, voce dramatis vel tragoediae alius aliud sentit. Profecto verba sunt clara et auctores inter se supplent: statuo iam singula, quae ad nova quaeque procreanda maximi momenti fuerint (cf. Aristotelis *πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἡ τραγῳδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν αὑτῆς φύσιν*), nobis ante oculos adesse, ut processum tragoediae a simplici cantu immolatorum usque ad artificium

Lenaeum aedificavit, sic ad Dionysia aetate maiora minora subsequente mense celebranda addidit. Quae tanta magnificentia instituta sunt, ut superioribus obscuratis *Μεγάλα,* postea etiam *Διονύσια κατ᾽ ἐξοχὴν* appellarentur atque eadem ut *ἐν ἄστει* vel *ἀστικὰ* rusticis, quorum in numero vera erant *λήναια,* i. e. 'kelterfest', opponerentur.

Sed paulisper Athenienses ludis iocosis eguerunt, neque enim multo post Pisistratum anno 527 mortuum Pratinas Phliasius Satyros lascivos attulit. Quorum choro eiusque magistro praefectus Silenus Atticorum similiter videtur additus esse atque cantoribus '*τραγῳδίας*' dithyrambicis chorago instructis is, qui Bacchum agebat, accessit. Ita non solum vera tragoedia sed etiam *secundum* eam vera fabula Satyrica, quam scaenicam, *δραματικὴν* proprie dicere possimus, Athenis demum orta est, cum Phliunte nihil nisi '*Δώριος χορεία*' fuisset (cf. Ath. 630 c quoque *συνέστηκε δὲ καὶ σατυρικὴ πᾶσα ποίησις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν ὡς καὶ ἡ τότε τραγῳδία*).

Novorum autem ludorum imagines vasorum non nimis diu viguisse constat. Et causa facile reperitur. Nam interea vernacula comoedia cum lenaeis rusticis in urbem recepta erat. Ad id tempus praeter Dionysia Magna priora illa ad Lenaeum pertinentia, quae ipsa quoque Lenaea nonnumquam appellabantur, Athenis affuerant, tunc vera *λήναια* ad *Λήναιον* delata sunt, quae Gamelione mense agitabantur. Haec *λήναια* antea in urbe ipsa celebrata non fuisse inde quoque efficitur, quod mensis, qui ex lenaeis *Ληναιὼν* ab omnibus Ionibus appellabatur, apud Athenienses hoc nomine ex memoria deposito *Γαμηλιὼν* nominabatur.

---

scaenae perfectum quasi ex libello habere possimus. Ita Ario in '*τραγῳδίαν*' illam pristinam primum *δρᾶμα,* actionis igitur principem originem induxit, cum chorum *κύκλιον* fecit (cf. supra in contextu); iusta, quam nos intellegimus, actio accessu eius, qui Bacchum carri navalis agebat, exstitit; tragoediae posterioris *σπουδαίας* initium Thespidi iure attribuitur; actio scaenica vere vivida Aeschylo demum alterum actorem inducenti debetur. Ceterum de trilogia Aeschylea primae fabulae ad adventum Bacchi carri navalis, tertiae ad novum cultum Eleutherensis inductum, mediae ad numina *Χθόνια* et memoriam mortuorum (adhibebimus cultum illum Adrasti '*τραγικοῖσι χοροῖσι*' ornatum, cf. a. 195) videntur pertinere.

Ita nos quidem non habemus, cur sch. Aristoph. Ach. 202 (*κατ' ἀγρούς· τὰ Λήναια λεγόμενα. ἔνθεν τὰ Λήναια καὶ ὁ ἐπιλήναιος ἀγὼν τελεῖται τῷ Διονύσῳ κτλ.*) prorsus falsa[203]) proferri contendamus, sed profecto lenaea, quorum pars ludi iocosi essent, ruri exstitisse arbitramur. Athenis publice nomen *Διονυσίων τῶν ἐπὶ Ληναίῳ* acceperunt. Tunc ibidem *Διονύσια τὰ ἐν ἄστει,* quae nominabantur, iam constitisse modo vidimus. Sic propter originem nominum titulis, qui ambo exhibent, de situ Lenaei nihil efficitur.

Optime autem Pausaniae illa verba, a quibus haec appendix profecta est, congruere contextu disputationis p. 44 apparet. Convenit etiam sch. Aristoph. Ran. 216 *Λίμνη· τόπος ἱερὸς Διονύσου, ἐν ᾧ καὶ οἶκος καὶ νεὼς τοῦ θεοῦ,* ubi *οἶκον* ad Lenaeum, *νεὼν* ad Eleutherensem Bacchum spectare arbitror: *οἶκος* in primo iustus *νεώσοικος* fuit; nescio an *καὶ οἶκος νεὼς τοῦ θεοῦ* altero *καὶ* deleto scribendum sit, legimus Paus. I 1,2 *καὶ νεὼς καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι.*

---

[203]) Error sic, credo, ortus est: scholiasta versum 202 *ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰσιὼν Διονύσια* cum versu 504 *αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών* coniunxit neque illius rei rationem habuit, quod poëta, qui inde a versu 240 locum ruri fingi velit (cf. M. Haupt Opusc. II 458 sqq.), versu 504 nomine Lenaei sibi non constans utitur. Sed re vera elucet Aristophanem per Dicaeopolim hic ipsum 496 sqq. ad spectatores loqui *μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες οἱ θεώμενοι, | εἰ πτωχὸς ὢν ἔπειτ' ἐν Ἀθηναίοις λέγειν | μέλλω περὶ τῆς πόλεως, τρυγῳδίαν ποιῶν. | τὸ γὰρ δίκαιον οἶδε καὶ τρυγῳδία. | ἐγὼ δὲ λέξω δεινὰ μέν, δίκαια δέ. | οὐ γάρ με νῦν γε διαβαλεῖ Κλέων ὅτι | ξένων παρόντων τὴν πόλιν κακῶς λέγω· | αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών, | κοὔπω ξένοι πάρεισιν· οὔτε γὰρ φόροι | ἥκουσιν οὔτ' ἐκ τῶν πόλεων οἱ ξύμμαχοι· | ἀλλ' ἐσμὲν αὐτοὶ νῦν γε περιεπτισμένοι· | τοὺς γὰρ μετοίκους ἄχυρα τῶν ἀστῶν λέγω.*

Indices.

Grammatica:

anacol. 28[a], 47[a], 82, 99[a]
artic. demonstr. inst. 28[a], 79[a], 94[a], 99[a]
artic. dupl. 69[a]
artic. adiectus 28, 98[a], 106
artic. + *μέν, δέ* pro adv. 26[a], 68 sqq.
asynd. 39, 98[a], 99[a]
casus: dat.: gen. 29; 91
    duo gen. 101
coniunct.: *καί* 48[a]; 106, 111
    καὶ οὗτος 52, 75
    οὐδὲ οὗτος 53
  καί: *τὲ — καί* 52[a]
  καὶ . . τὲ 48[a]
  μήτε solum 100[a]
  δέ enunt. primar. signif. 100[a], 102[a]
elis., *δέ*: *δ'* 51
fig. etym. 64
form. insol. 55
τοῦ cum inf. 100[a]
mutatio: *αὐτός*: *οὗτος* 59
    inf. pro subst. 27[a]
  adi. vel part. pro subst. 25, 87
  ntr. pl.: fem. sg. 25, 72[a]
omiss.: *ἄν* 72[a]
  artic. 11 sq., 21[a]; 95
  artic. in demonstr. 111 sq.
  artic. in *καλούμ., ὀνομαζ.* 108
  artic. in t. qu. t. 55
  αὐτ(ός) 84
  copul. 8[a], 18, 63[a], 88, 94[a], 98[a], 104
  demonstr. 18, 26, 109
  subi. inf. 27, 98[a]
  subst. 60[a]
  verb. dic. 63, 97[a]
  ὢν 28, 68, 111
praepos.: *ἐπί* 65, 113
  ἐς 23 sq.
  παρά 23
  ὑπό 114 sq.
pronom.: possess. *ὅς* 68, 98[a]
temp.: aor. 50
  fut. 19[a]
  praes. 83 sq.
verb. conformat.: *ἔχειν* c. acc. 65
  λέγειν, φάναι, ποιεῖν c. gen. (dat.) 102 (100[a])
  simpl.: compos. 45

Collocatio verborum:

ἀπὸ κοινοῦ 90[a], 107, 112, 114
compositio not. praedic. 7, 49, 65, 87, 98[a], 104
chiasm. 77, 81, 83, 90, 104, 104[a]
χ. antith. 8, 11, 12, 71[a], 72[a], 83[a]
decuss. rerum contr. 92
distortio membr. antith. 6, 46
epanod. 8, 12, 89[a], 103, 106
in fin. pos. verb. praedic. 82, 89
postpos. *τὲ, δέ, γάρ* 69[a]
postpos. relativ. 26[a]
in prim. loc. pos. not. praedic. 26[a]
praedicanda vox coll. significatur 16, 18, 88, 91
traiectio 88 sq., 102[a], 106, 108

Sermonis artificia:

aberratio 26, 49, 60[a], **82**
abundantia 68, 71[a], 85 sq.
asynd. enunt. primar. 80, 96[a],
  ('abrupte anknüpf.') 99[a]
breviloqu. demonstr. intell. 18,**26**, **109**
breviloqu. enarrandi 20, 65; **103**
circumlocut. 48, 72[a]
compositionis vis 11
coniciendum 63, 69, 79, 91
congruentia Paus. 16, 45, 82,
  coordin. incongr. 105 sq.
coniunctio partium 8, 18, 64
contrar. 85[a], 88, 106, 113
contrar. arcessit. 6, 70
contrar. congr. 90[a], 106; 90, 93, 108
contrar. rerum 76, 77, 78 sqq., 92 sqq.
contrar. rerum decuss. 92
contrar. rei tot. et part. rei 60
dispositio 5 sqq., 16
  implicat. not. disp. 11
elegantia desiderata 38
forma et argumentum 22, 72[a], 108
imitatio Herodoti,
  rursus differentia 24[a]
incongr. 46, 55[a], 57 sq., 64, 82, 88
inopinatum quidd. 49, 54
  contrar. qu. inop. 78 sqq., 88, 89 sq.
intellegend. alt. ex alt. 13, 17
iteratio: epanal. 56, 70 sqq.
  epiph. 55, 58
  gemin. 50, 64, 77, 83
  polyptot. 55, 58
Κάλως: *Τάλως* 77
λόγος part. *καί* (*ποτε*) adiunct. 27, 38
λόγος isdem verbis incipit et concluditur 18, 88
λόγος per parenth. 80, 104
λόγος cursum periegeseos non coërcens 18, 38
luditur nominibus **65**, 77 sqq.
luditur originatione 95
numeri syllabar. rat. 51[a], **96**, 102[a]
numerorum similitudo 12
parenth. 13, 96
perittolog. 67
Pindaricum sch. 45, 51
principal. verbis compositio constituitur 9, 16, 17
principal. v. recipiuntur 8
progressus orationis **18**, 94[a]
repetit. nomen 55, 85
repetit. nomen princ. **87**, 113
repetit. propositio 45, 50
repetit. res 56, 78
responsiones 95
sermo acrior 69[a]
sec. serm. eligitur 78 sqq.; 92
  s. insolitus 50, 58[a]
  s. singularis 22, 108
significatio 47, 53, 56, 59, 66, 67
simile 114
soni 12, 46, 64, 65, 78, 91, 105, 107
soni, alliter. 50, 81, 107
soni, annom. 56, 65, 77, 81, 89
soni, homoeotel. 64, 65, 91
supplend. alt. ex alt. 57
transeundi ars 8, 60; 61[a]; 68; 92
variet. orat. 54[a], 72[a], 97[a], 109[a]
variet. orat. ad sensum pert. 44 sq., 88
variet. formarum 55, 79[a], 83[a], 84[a]
variet. temp., praes. — ipf. 84[a], 107
variet. temp. ad sens. pert. 19[a], 88

Res:

Adrasti cultus 118[a], 121[a]
Amphionis liberi 101 sqq.
Amphitruonis Minervae 101 sqq.
Antiopa et Bacchus, Phocus 99[a]
Ario et dithyrambus 118 sqq.
ascoliasmus 118
Asia Paus. patria 52, 53, 58, 77, **82**, **84**, 112[a]
auctor dubitans 100[a], 104
αὐτοσχεδ. ἀρχή dramatis 119
Bacchus Capito 95

Bacchus Eleutherens. 44 sq., 120 sq.
Bacchus λιμναγενής 117
Bacchus, Μελαναιγίς 120[a]
Bacchi vetustiss. fan. Ath. 44, 116 sq.
Bellerophontes 106
Callimachus artifex 112
carrus navalis Bacchi 117 sqq.
compositionis Arcad. tempus 60[a]
Corinthium aes 90
Damophon 102
Dionysia 120 sqq.
Eriphyla 102
fama: in λόγοις posita 100[a]
Hesiodi nex 78 sqq.
Hydna 95
Iuppiter Iunoque Cithaeronii 93 sq.
Iuppiter Tenebrator 116
Iustinus, Tatianus sophistae 82[a]
ληνός, Lenaeum 117 sqq.
Limnae vicus Ath. 117 sqq.
Lysicratis mon. 14 sq., 33 sq., 39
manuscriptorum ratio 115
Menalcidas 86 sq.
Menestrati opera 69
Mercurius Propyl. 8[a]
Nemesis 53, 91
Pegasus et B. Eleuth. 21[a], 120
Perdix 77 sqq.
Pisistratus 118[a], 120 sq.
Pratinas Phlias. 121
Praxit. Ebriet. Satque. 36 sqq.
Praxit. Sat. periboët. 36 sqq.
Praxit. Liber pat. Plini 36 sqq.
Praxit. Sat. Tripod. 13 sqq.
priscorum favor 77
Pronomus cant. tibic. 115
propylaea Ath. 107 sqq.
Pulytionis domus 53[a]
Satyr. fabula 121
Sat. ministrans 30, 37 sqq.
Bacchi Sat. puer Tripod. 28 sqq.
scaenic. lud. orig. 116 sqq.
Scotitas locus 116
Silen. 121
Steph. Byzant. 115 sq.
sumptuaria l. Demetri Phal. 74[a]
theatr. Ath., stat. Aesch. 66
Theseus et Thesidae 71[a]
Thespis 120, 121[a]
Thrasylli mon.; Thrasycl. 73 sqq.
Thymilus 29 sqq.
tragoed. 116 sqq.
  Herod. θυσίη 118[a]
  sch. Aristoph. 122 bis
  Aristot. 118 sqq.
τράγοι et Satyri 118
Tripodes via Ath. 13 sqq.
Tutilo Sangall. 119[a]
turbi Cyllenii 67 sq.
ὑποκριτής primus 119
Venus ἐφ' Ἱππολύτῳ 91 sq.
(Venus) Blanda montis Blandi 52

Conspectus.

pag.
A. Exordium 5
B. Tractatio.
I. a) quo modo Paus. disposuerit I 20—22 5
cum tabula 9
b) quid de oratione efficiatur 11
II. 1 a) Cap. 20,1. 2 de via Tripodum 13
cum tabula de Satyris Praxitelis 43
b) Cap. 20,3 de vetustissimo fano Bacchi 44
c) Cap. 20,4—7 de odeo Periclis et Sulla adversus Athenas 47
2 a) Cap. 21,1. 2 de theatri statuis poëtarum 60
b) Cap. 21,3 de monumento Thrasylli et Sipylo 70
c) Cap. 21,4—7 de Perdicis sepulcro — fano Aesculapi, Sarmatis, Gryneo 77
3 a) Cap. 22,1. 2 de Themidis templo (Venere ἐφ' Ἱππολύτῳ), Phaedra 90
b) Cap. 22,3 de Venere *Πανδήμῳ* e. q. s. 106
c) Cap. 22,4—7 de propylaeis, pinacotheca q. d. 107
C. Conclusio 115
D. Appendix ad Paus. I 20,3 de vetustissimo Bacchi fano et primordiis theatri, dramatis Atheniensibus 116
E. Indices 123

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita.

Natus sum Ericus Augustus Martinus Schmidt d. 29 m. Iun. a. 1884 in fundo conducto Megalopolitanorum, cui nomen est Griebow, patre Wilhelmo, matre Ida de gente Sprung, quorum adhuc superstitum fruor amore. Fidem profiteor evangelicam. Parchimi, quo parentes migraverant, elementis per tres annos instructus ipsum gymnasium Friderico-Francisceum Iulio Strenge, scholarum superiorum Megalopolitanarum nunc summo episcopo, deinde Antonio Kuthe gubernantibus per novem annos frequentavi. Maturitatis testimonium vere a. 1903 adeptus Rostochi in numerum civium academicorum sum receptus. Anno post Halas Saxonum petivi. Quintum spatium semestre Berolini versatus sum. Iam Rostochium reversus sexies sex menses litteris me dedidi. Tum ad quaestiones quasdam, quarum pars prior haec dissertatio exstitit, conficiendas Parchimium me rettuli. Examine rigoroso habito ex autumno a. 1910 ad 11 stipendia merui. Studio operam navavi antiquitatis Graeco-Romanae, colui philosophiam, incubui in germanisticam.

Docuerunt me viri doctissimi Diels, Engelmann (†), Kekulé de Stradonitz (†), Klebs, C. F. Lehmann, R. Lehmann, Ed. Meyer, Er. Schmidt, Vahlen (†), de Wilamowitz-Moellendorff Berolinenses; Aall, Abert, Aschaffenburg, Blaß (†), Brode, Conrad, Consbruch, Dittenberger (†), Heldmann, Hultzsch, Muff (†), Reischle (†), Riehl, Robert, de Ruville, Wilcken, Wissowa, Wuest Halenses; Bloch-Reincke, Erhardt, Ioh. Geffcken, Golther, Kalbfleisch, Kern, G. Koerte, Kolbe, Lueders, Plasberg, Watzinger, Zenker Rostochienses.

Philologorum proseminari Rostochiensis moderantibus Kernio et Plasbergio, seminari sodalis fui Halensis Blassio, Dittenbergero

rectoribus atque iterum, postremo senior, Rostochiensis. Ad exercitationes archaeologicas epigraphicasque Bloch et Kolbe benigne me admiserunt. Golther veniam dedit, ut seminario Germanico interessem.

Quibus omnibus praeceptoribus gratiam habeo quam maximam, imprimis Ottoni Kern, Walthero Kolbe, Ottoni Plasberg, neque vero debeo non Carolo Robert, qui exquisita sua doctrina et benevolentia ad Pausaniam perspiciendum animum meum converterit, Iohanni Geffcken magistro venerabili, qui summo consilio me incitaverit, ut hanc commentationem exsequerer, neque in libello typis commendando opera me adiuvare destiterit, Wolfgangio Golther, qui studiis meis Germanicis insigni semper liberalitate faverit.